



D. O. M. A.
DISPUTATIO PHYSICA

de
**PRINCIPIIS GE-
NERATIONIS ATQVE NA-
TIVITATIS HUMANAÆ.**

Quam
IN ILLUSTRISALANA,

PRÆSIDE

DN. CASPARO POSNERO,

Med. Doctore, Naturalium Prof. Publ.

ordin. famigeratissimo,

Patrono ac Præceptore suo omni observan-

tiæ cultu et atem devenerando,

publico eruditorum examini submittit

JOANN. FRIDERICH Gieseler /

BRUNSVICENSIS,

AUCTOR ET RESPONDENS.

Ad diem VIII. Mai,

horis locoque solitis.

JENAE, Prælo Jo. NISI, ANNO M.DC.LXXII.

D. O. M. A.
DISTINCTIONE PHYSICA

PRINCIPIS GE-

NERATIONIS ATQUE NA-

TIVITATIS HUMANAE

IN ALBERTI SALMANA

PRÆSIDIO

D. N. CASPARO POSNERO

Med. Doctorado & Medicum Publ.

ordini famigeratissimo

Patrono ac Protectori suo omnino obsequio

in cura servato

publico curriculum examinatum

JOANNI FRIDERICO GIESKE

BRUNSVIGENSIS

AUCTORIS RESPONDENS

Ad diem VIII. Mai.

habeat

VENÆ 1770



D. O. M. A.

DISSERTATIONIS
De
PRINCIPIIS GENERATIONIS ATQUE NATIVITATIS HUMANAЕ

§. I.



Erisimè Galenus, alter ille Medicinae parens, de generatione humanâ dis-
ferens, vocat eam μέγιστον πάντων τῶν τῆς φύ-
σεως ἔργων, opus omnium eorum, quæ à na-
turâ fiunt, maximum. Graphicè autem

I. de sem. cap. V.

Conviv. § IV. de Legg.

magis & nervosius Plato eamdem descripsit πρᾶγμα θεῖον, καὶ ἀθάνατον ἐν θνητῷ ζῳῷ, rem divinam & immortalem in vivente mortali. Quæ nescio an imitari, an explicare intendens ejus discipulus, sed meritis tam quàm famâ superior, jureque vulgò nomine Philosophorum Principis insignitus, Aristoteles Stagirites, appellavit φυσικώτατον ἔργον, naturalissimum opus, atque quò mediante homines, (uti & in suis generibus viventia alia) & αἰεὶ, καὶ & θεῖς μετέχουσιν, ἢ δύναται, eternitatem ac divinitatem participant, quatenus possunt. Inter opera viventium, (inquit) quæcunque perfecta, nec mutila sunt, aut sponte suâ nascuntur, maximum naturale

II. de animâ c. II. Conf.

II. de generat. animal. cap. I.

cap. I.

est, efficere aliud, quale ipsum est: animal quidem animal, plantam verò plantam: ut aternitatem & divinitatem participant, quatenus possunt. Omnia namque illud appetunt, & illius gratiâ agunt, quaecumque secundum naturam agunt. Caterùm id, cuius gratiâ, duplex est. Alterum enim est, quod expetitur, alterum, cui expetitur. Quoniam igitur non possunt aternitatem ac divinitatem participare continuatione, propterea, quod nulla res interitui obnoxia potest una & eadem numero permanere, idcirco quatenus unumquodque particeps fieri potest, eatenus participat, aliud quidem magis, aliud verò minus, ac permanet non ipsum, sed quale ipsum, id est, numero quidem non unum, sed specie unum.

§. II.

Ps. CXXXIX.
6. 17.

Quest.
Med. pa-
rad. & en-
dox. Cen-
sur. postb.
Q. XXXIV.

Cap. X. §.
20. Conf. II.
de generat.

Et hōc sensu judicaverunt eam semper omnes sapientes. Quin legimus in sacris quoque titulō miraculi insignitam: quod scilicet artificio plenissima, intuentium animos in admirationem rapiat. Neque enim nomen miraculi hīc eō modō accipi debere putamus, quō alias explicant ac definiunt Theologi: quasi nempe nature vires vel ordinem excedens, solius omnipotentis Dei voluntate atque arbitriō fiat. Cujus opinionis quidem fuisse cernimus Felic. Platerum, Archiatrum quondam Basiliensium, expresse scribentem: *Homini procreatio resurrectioni magnitudine rei, & miraculo, cum aliquid, quod non fuit, nasci, quam illud, quod semel fuit, renasci, majus sit, minime cedit, imò exsuperare videtur.* Sed certè absurdè, cum discrimen inter ipsam, & reditum mortuorum, sit evidentissimum, & jamdudum optumis quibusvis cognitum, adeò, ut in compendia quoque Dialectica intraverit canon hic: *A privatione ad habitum non datur regressus.* Ἐπὶ δὲ γὰρ τῆς ἐκείσεως (ait Auctor Libri categoriarum) καὶ τῆς ἐξείσεως ἀδύνατον εἰς ἀλλήλα μεταβολὴν γενέσθαι. διὰ μὲν

μὲν γὰρ τῆς ἕξεως ἵπτι τὴν ἐρήσιον γίνεται μετὰβολή. ἀπὸ ἧ τῆς ἕ κοιν. cap. ult. fin.
 ἐρήσεως ἵπτι τὴν ἕξιν, ἀδύνατον. Οὔτε γὰρ τυφλὸς γενέμενος cap. ult. fin.
 τις πάλιν ἀνέβλεψεν. Οὔτε φαλακρὸς ὢν, πάλιν κομῆτης ἐγένετο. οὔτε νωδὸς ὢν, πάλιν ἐδόντας ἔφυσεν. *In privatione ve-*
rò ἕ habitu mutatio inter se vicissim fieri nequit. Nam etsi
ab habitu ad privationem mutatio fiat, tamen à privatione,
ab habitum fieri nequit. Neque enim qui cæcus factus est,
rursus adspexit, neque calvus comam recepit, nec edentulus
dentes emisit. Quorum sensum simulque causas passim
exponunt Interpretes.

§. III.

De hōc mirandō opere, quodque omnes omnium
 temporum eruditos curiosos tenuisse legimus, paucula
 commentaturi, subponimus, reverà generari ἕ nasci homi-
 nes, qui prius non fuerint, utpote quod sensibus est liqui-
 dum. Videmus enim clarè, ex uterō matris suæ prodire
 hodiè hominem, aurâque vitali frui, qui heri nondum ad-
 erat, genitumque ac efformatum esse ex humoribus, in
 quibus prius substantiæ humanæ ne micam vel atomum
 (ut ita loqui fas sit) licuerat conspicerè. Hoc, inquam,
 omni die & horâ cum experiamur, est evidentissimum &
 omni dubitatione vacuum. Optumè namque Philoso-
 phus: τὸ μὲν πρὸ τῆς σκοπεῖν, καὶ ζητεῖν λόγον, ὢν βέλτιον *VIII. Phyl.*
 ἔχομεν ἢ λόγος δεῖσθαι, κακῶς κρῖνειν ἐς τὸ βέλτιον, καὶ τὸ *sic. cap. III.*
 χεῖρον, καὶ τὸ πισὸν, καὶ τὸ μὴ πισὸν, καὶ ἀρχὴν, καὶ μὴ ἀρχὴν.
De his considerare, in quibus sumus melius affecti, quàm ut
ratione egeamus, nihil aliud est, quàm malè judicare, quod est
melius, ἕ quod deterius, ἕ quod est credibile, ἕ quod non
credibile, item principium, ἕ non principium. Quod idem *ibid. t. 12.*
pauillò antè etiam ἀρρώστια τῆς διάνοιας, infirmitatem men-
tis vocaverat.

§. IV.

Non defuerunt interim, (ut obiter moneamus) qui
III. de Caelo negare hoc sunt ausi. Uti namque idem hic Aristoteles,
cap. I. & simul alii referunt, ex primis Philosophis Melisus at-
 que Parmenides, satis nota nomina, quemadmodum ἐν
 εἶναι πᾶν, unum esse omne, crediderunt, sic etiam ἀνείλον
 ὅλως γίνεσιν καὶ Φθορὰν, sustulerunt penitus omnem genera-
 tionem ac corruptionem. Οὐδὲν γὰρ ἔτε γίνεσθαι Φάσιν, ἔτε
 Φθείρεσθαι τῶν ὄντων, ἀλλὰ μόνον δοκεῖν ἡμῖν. Nullum enim
 entium generari dixerunt, nullumve corrumpi, sed ita saltem
 nobis videri. Cujus mentis etiam ex antiquis fuit Auctor
e. V. libri primi de diata, ut quò disertè scribit: ἀπόλλυται μὲν
 γὰρ ἔδεν ἀπάντων ζημάτων, ἔδὲ γίνεται, ὅ, τι μὴ καὶ πρόσθεν
 ἦν. Συμμισγόμενα ἢ καὶ διακρινόμενα ἀλλοιῖται. νομίζεται ἢ
 ὡρᾷ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐξ ἀδᾶ ἐς Φῶς αὐξηθὲν, γενέσθαι,
 τὸ δὲ ἐκ τῆς Φάεθ. εἰς ἀδην μειωθὲν, ἀπολέσθαι. ὀφθαλμοῖσι
 ἢ δὲ πισδέσθαι μᾶλλον, ἢ γνώμησιν. *Egvidem nullum omni-*
nò corpus perit, neque fit, quod prius non erat, verùm permix-
ta ἔ discreta alterantur. Homines autem putant, hoc quidi-
dem ex orcò in lucem auctum, generari, illud verò ex luce in
orcum imminutum, perire ac corrumpi, oculis autem magis
credere nos oportere, quàm rationi. Subdit dehinc etiam
ibid. rationem. ἐγὼ ἢ (pergit) ἰάδε γνώμη ἐξεγέσμαι. Ζῶα γὰρ κα-
 κῆνα, καὶ τάδε καὶ ἔτε τὸ ζῶον ἀποθανεῖν, οἷόν τε μὴ μετὰ πάν-
 των καὶ γὰρ ἀποθανεῖται ἔτε τὸ μὴ ὄν γενέσθαι, μὴ ὄντ, ὅθεν
 ὡρᾷ γενήσεται. *Ego verò hac ex sententiâ exponam. Viven-*
tia enim sunt ἔ illa, ἔ hac. Et neque vivens mori possibile
est, non cum omnibus: unde enim moriatur? Neque, quod
ibid. non est, generari: quòd non sit, unde generetur. Tandem
 verò concludit: ἀλλ' αὐξεται πάντα, καὶ μειῖται ἐς τὸ μήκι-
 στον καὶ ἐς τὸ ἐλάχισον τῶν γε δυνατῶν. *Sed augentur omnia,*
 ac

ac minuuntur, ad summum, & ad minimum, quantum ejus fieri potest.

§. V.

Quos quidem ita statuere potuisse fortassis quis miretur. Sed desinet, ubi cogitaverit, quæ eorum tum de corporum, tum de animarum quoque nostrarum naturis fuerit absurdissima opinio. Quos proinde eò minus nunc moramur, persuasissimi, contra evidentia sensuum testimonia frustra pugnari rationibus, uti præter Aristotelem (a) pluribus in locis Galenus (b) optumè demonstravit. Defendant autem nos nunc illa Lucretii (c), istis quantum ad præsens planè ἰσοψήφῃς:

— — *Majore fide debet reperiri illud,
Sponte suâ veris quod possit vincere falsa.
Quid majore fide porrò, quàm sensus, haberi
debet? An ab sensu falsò ratio orta valebit
dicere eos contra, quæ tota ab sensibus orta est?
Qui nisi sint veri, ratio quoque falsa fit omnis.
An poterunt oculos aures reprebendere? An aures
& tactus? An hunc porrò tactum sapor arguet oris?
An confutabunt nares oculive revincent?
Non ut opinor ita est.*

(a) locis cit.
(b) L. de fat.
form. cap.
III. Lib. I. de
sem. cap.
VIII. Lib.
II. simplic.
cap. I. & VI.
& alibi.
(c) Lib. IV.
de nat. rer.
v. 481. seqq.

Proinde, (quæ iterum ejus verba sunt)

v. 513. & 514.

— — *illa illis est verborum copia casâ
omnis, quæ contra sensum est instructa.*

Quoniam nempe, uti locò suprâ citatò docet Aristoteles, VIII. Phys. dum ita controvertunt, τοῖς φανεροῖς μάχων, iis, quæ perspicua sunt, repugnant.

§. VI.

Consideraturi autem opus istud, ipsius causas atque principia debemus inquirere. Omnis enim scientia, uti vulgo

I. *Phys.* t. 1. vulgò dici solet, est ex causis. Εὖ τότε οἰόμεθα γινώσκειν ἕκασ-
Lib. II. t. 27. τόν, ὅταν τὰ αἰτία γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα, καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς
Conf. I. a- πρῶτας, καὶ μέχρι τῶν στοιχείων, tunc unumquodque nosse nos
nalyt. t. 7. putamus, quando ejus causas noverimus, & principia prima,
& usq; ad elementa. Præprimis autem naturali Philosopho

II. *Phys.*
t. 27.

ibid. t. 72.

ibid.

laborandum est, in generationibus tam quàm corruptionibus, omniq; naturali mutatione, ut cognitis earum principiis, conetur ad ea referre singula, quæ quæruntur. Id quod quidem faciet, ubi consideraverit, τὶ μετὰ τι γίνεται καὶ τὶ πρῶτον ἐποίησεν, ἢ τὶ ἐπαθε, καὶ ἕτως αἰεὶ τὸ ἐφεξῆς, quid post quid fiat, & quid primùm fecerit, aut quid passum sit, & ita semper quod deinceps sequitur. Ut e. g. si in genere vegetabilium inquirimus, quomodo granum vel semen sequatur herba, herbam culmus, & culmum spica? Quæ causa hæc primùm efficiat? Et quodnam sit subiectum, quod patitur, atq; ab efficiente istò immutatur? Præcipuè verò quærendum etiam, atq; adsignandum est ipsi τὸ διὰ τί, id, cujus gratiâ, ut puta, quod ex illò, sive propter illud necesse sit fieri hoc, quod fit, & quidem vel simpliciter, vel plerumq; item si aliquid futurum aut subsequutum est, uti e. g. in Analyticis ex propositionibus conclusio; aut quia hoc est τὸ τὶ ἦν εἶναι, quod quid erat esse, sive forma, aut quod melius ita sit fieri, non simpliciter, sed habitò respectu ad cujusq; essentiam; quemadmodum doceri solet in naturalis Philosophiæ principiis, & optumè docuit peritissimus methodorum magister Aristoteles.

§. VII.

Ut igitur hinc ordiamur, principiò sciendum, quemadmodum homo ex eorum animalium est numerò, quæ utrumque sexum perfectè habent, (in quibus nempe τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ πληρωθέν ἐστιν, individuorum aliud mas, aliud-
que

que foemina perfecta est) sic quicumque nascitur, ab atque ex
his nasci, pertinereque adeo ipsum ad illorum classem, quae
oriuntur ἐκ συνδυασμοῦ τῶν συγγρωῶν ζώων, uti loquitur Ari-
stoteles, h. e. ex conjunctione animalium congenerum, & I. de genera-
que specie conveniunt, atque haec sexu distincta individua, tionis anim.
ab & ex quibus nascitur, esse indubie ipsius generationis prin- cap. I.
cipia. Quorum hoc profecto nescio an quis in controversi-
am traxerit, aut trahere possit. Istud autem praeterquam
quod perpetua haecenus probaverit experientia, dum con-
trarium exemplum nullum ullibi vel visum, vel auditum,
confirmat etiam ipsa illa, quam diximus, sexus differentia.
Hujus enim unicus finis, etiam ex intentione institutoque
Dei, est procreatio liberorum, & mediante hac speciei
servatio atque perpetuitas, utpote quam nec foemina sine
mare, nec mas sine foemina efficere vel obtinere potu-
it. Quod quidem adeo verum, ut inde quoque Politici
adferant, hominum Πριμέλειαν πρώτην, τὴν κατὰ γυναῖκα,
curam primam esse, quae de uxore suscipitur, item societatem
inter marem & foeminam quae alitur, esse φύσει μάλιστα, ma-
xime secundum naturam, uti haec prolixè iterum exponit I. Oeconom.
Aristoteles. cap. III.

§. VIII.

Neque verò hic curandum sententiarum divortium,
 quod nonnulli faciunt, utpote quod nunquam, ne quidem
 in evidentissimis deesse, demonstrant tum ex antiquis illi,
 quorum in antecedentibus mentionem fecimus, tum ex §. III.
 novissimis secta Cartesiana, (pestilentissima profecto, nec
 digna ferè, cujus nomen in Republica Philosophicâ audia-
 tur) etiam dari rem aliquam naturalem, ex sensibus mini-
 mè certum esse contendens. Sed quem cordatiorum hi
 quaeso movebunt? Unum hoc suis quoque exemplis te-
 stantur ac confirmant, quod dixit alicubi Varro :

B

apud No-
 nium in In-
 fans.
 Po-

Postremò nemo agrotus quidquam somniat
tàm infandum, quod non aliquis dicat Philosophus.

I. Eodem. c.
III. Conf. 1
Ethic. ad
Nicom. cap.
II.

Nos interim Aristotelis nostri monito potiùs obsecun-
damus, qui egregiè scribit: Omnes omnium opiniones per-
sequi, supervacuum fuerit, cum & agrotis, & deliris, &
pueris quaedam videantur, quæ nemo sane mentis in quæstio-
nem posuerit. Ratione enim opus non est, sed his quidem æ-
tate provectiore, quâ corrigatur iudicium; illis verò punitio-
ne politicâ, medicâque, quæ doloris inferendi plagis vim habet
haud minorem. Similiter & vulgi de rebus omnibus ferè pro-
nunciantis omittenda sententia est. Absurdum namque, ra-
tione cum illis contendere, qui non rationem, sed passionem
mereantur.

§. IX.

Tractatus
mortis in-
troitus in
naturâ hu-
manam de-
cus Virgi-
num; & ei
subiunctâ
Thesi.

ibidem.

Indeqve clamitet licet Jo. Baptista van Helmont,
Philosophus ille novus per ignem, (ut semetipsum vocat,) quamdium voluerit, ajatque, non esse conditam, vel Adamo junctam Evam à DEO, ut esset ejus conjux, prolesq; conciperet ex carnali copulâ, sed debuisse potiùs concipere ex obumbratio- ne solius Spiritus Sancti, sine concursu viri: fuisse q; hanc DEI Creatoris primam intentionem: eam verò antevertissee & e- vertissee impudicum ac incestuosum Adamum, dum post esum pomum, exindeq; ortam ac perceptam tentiginem venerem, Evam violentè adortus, ad arbuſta deduxit, & quibus eti- am modis hæc, utpote pudoris ac pudicitie tenacioris, restite- rit, tandem tamen subactam fœdisimè stupravit. Pro meris nugis ac figmentis habemus omnia, sicut & pleraque, quæ de eodem argumento disserens tradit, cum primis, quan- do scribit, destinâsse DEUM mulierem, ut esset caput, apex, & ultima creatura, viroque in adjutorium dedisse, non secus ac Princeps in adjutorium est suis ministris, nequaquam verò, ut conjugis nomine viceinque sustineret: Adamum itaque brutò

conjugio

conubitu primum commisisse peccatum, punitum postmodum à DEO pœnâ exilii ac barba, quâ signatus fuit ipse, signatique etiam bodiè incedunt viri: quoniam quæ succrescit quoque cadaveribus inhumatis, si in vitâ fuerint libidinosiores, & repentinâ morte vivere desierint. Quasi nimirum (quæ sunt propria impii nugatoris verba) ut primus verecundia infractor, virginisque stuprator enotesceret, DEUS, castitatis amator, mento, genis atque labris Adami pilos obnasci voluerit, ut multorum quadrupedum compar, socius ac similis esset, eorundemque signaturam præ se ferret, quorum more ut salax, ita & vultum pilis hirtum ostenderet: quemadmodum idem DEUS primum homicidam in fronte signavit, ut conspectò signò statim horridus fieret, & infamis fratricida. Fuitne fortè (quæsierit quis non injuriâ) Helmontius Adamo coævus, DEI quæ consiliarius, dum novit tam exactè omnia dicta, facta & decreta? Scilicet!

§. X.

Tradant item alii, certis cælorum conversionibus, aërisque virtute, sive ex putri terrâ, sive abundante humore, vel etiam grandium cætorum spermate, aut Deucalionis & Pyrrhæ post terga projectis lapidibus, hominum aliquos, aut etiam totas gentes prodiisse. Quæ persuasione quidem correptos plures olim Ethnicos fuisse, est notissimum, & prolixè memoratum ab Historicis ac Patribus Ecclesiasticis non modò, cum primis Diodoro Siculo (a), Justino (b), Theodoreto (c), Eusebio (d), Justino Martyre (e), Lactantio (f), sed & Philosophis plurimis, è quibus allegare nunc libet Franciscum Piccolomineum (g), Jac. Martinum Scotum (h), & Michaellem Mejerum (i). Sicut & sensu non absimili legimus Philippum Bombast. Paracelsum scribere (k), quosdam homines quidem esse Adamicos, id est, per continuatam generationem ab Adamo propagatos, alios verò

a) Lib. I. c. I.

b) Lib. II.

c) Serm. II.

de nat. hom.

d) Prepar.

Ev. Lib. VII.

e) c. XVII.

e) Paranes.

f) Lib. II. de

falsâ relig.

cap. XII.

g) Lib. de

ortis ex pu

tri c. VIII.

h) Disp. de

primâ sim-

plic. & con-

cret. corp.

gen. c. XVII.

i) Tract. de

solucr. arb.

c. XII. seqq.

k) Philos.

magn. tra-

ctatu I. &

Lib. II. de

homine

B a

gen? - homine

vid. Aer- generari etiam in aquis, ne utiqvàm verò à primo parente de-
rhœm VIII
Phys. cont. rivatos, alios item in igne, aliosque ex terrâ nasci, quos su-
XVIII. Cæl. is nominibus appellat Undenos seu Nymphos, Salamandros,
Rhod. Lect. Pygmaeos, Sylphos. Quin posse homines æqvè ex terris gigni, ad
antiq. Lib. modum vermium vel murium, adseruisse ferunt (l) Avicen-
II. cap. XI. nam librò de diluvio, (nostris temporibus quidem nun-
m) Lib. V. qvàm visò) & adserunt hodièqve non pauci, Peripatetici
Quest. Per. I primæ cavæ, præsertim (qui suâ ætate singulis præcel-
n) Apol. pro qvàm visò) & adserunt hodièqve non pauci, Peripatetici
Gal. Lib. III. primæ cavæ, præsertim (qui suâ ætate singulis præcel-
Part. II. sect. luit, ut quoque Aristotelis rediviivi nomine fuerit insignitus)
VII. c. CCXV. Andreas Cæsarpinus Italus (m). His enim ultimis saltim
Conf. I. de illa magni Hofmanni (n), Scholæ Altorphinæ sideris im-
generat. ho- mortalis, regerimus: Nimis ruinosum est fundamentum,
min. c. XI. quod ex II. Physic. t. 26. petitur: ἀνθρώπου ἀνθρώπου γυνῆ, καὶ
Exerc. Ju- ἡλίου. Nam in reconditis codicibus invenit Accorambonus: ἐν
venil. cap. VIII. de Cæ- ὑλῆ εἶδ. Quasi diceret Philosophus: Homo generat homi-
salp. Q. I. nem, qui constat formâ suâ in materiâ suâ. Ex cæteris au-
Exerc. VI. tem qværimus cum Scaligero: An tandem etiam Pyrrhæ
sect. VI. saxa nobis & admittenda, & agnoscenda, & recipienda
sint?

§. XI.

p) Lib. I. Ce- Credant porrò alii, quod in historiis Luciani scribi-
ra historia. tur, degere in Lunâ gentem hominum, qui, quid fœmina sit,
prorsus nesciant, mares autem concipiant non in ventre, sed
in pedum suris, indeque fœtus excindant, mortuos quidem
primùm, sed qui ventis expositi brevi ad vitam redeant: quos-
dam etiam nasci è testiculis humanis in terrâ plantatis, &
postmodum è glandibus cubitalibus effigiari in figuram homi-
nis. Fabulæ sunt, dicimus, & lusus ingeniorum, quibus nec
ipfos inventores adsensisse est probabile. Cujus generis
sunt quoque, quæ referuntur vulgo de fœmellis non in gene-
re hominum modò, sed & aliorum quorundam animalium,
sexus

sexus utriusque differentiam habentium, absque superventu
 vel concursu marium foetiferis. Fabulae sunt, inquam,
 commenta sunt, & merae nugae, ut non sine causa mire-
 mur, qui fidem impetrare potuerint in animis erudito-
 rum. Quemadmodum quidem legimus, Plinium (a), dum
 historiam (liceat nunc ita vocare) de equis Lusitanicis ex
 Favonio concipientibus adducit, usurpare verbum constat:
 quasi scilicet res sit certissima; quin addere (b), inde Olyst-
 ponem inclaruisse, & nobile Lusitania oppidum esse; Virgili-
 um etiam (c) scribere, mirabile dictu id esse; Varronem
 (d) item, rem incredibilem, veram tamen; & Columellam,
 (e) rem notissimam, indeque nec dubium videri posse, quae
 quae regionibus aliquot tantò flagrent amore coeundi, ut et-
 iam, si marem non habeant, adsiduam & nimiam cupiditate fi-
 gurantes sibi ipsae Venerem, (cohortalium more avium) ventis
 concipiant. Sed credat, qui volet. Nobis aliàs de his infe-
 riùs fusiùs acturis, nunc placebunt illa Plutarchi, utpote
 veriùs dicta: παιδίον μὲν ἔδεμία ποτὲ γονὴ λέγεται ποιεῖσαι
 δίχα κοινωρίας ἀνδρός. Equidem nunquam auditum est, mu-
 lierem absque viri consuetudine prolem edidisse.

§. XII.

Sicut itaque certum est, marem atque foeminam, ab
 ex quibus nascitur homo, esse ejus principia, sic videndum est,
 per quid sint, ex quonam, & quomodo hunc producant vel ge-
 nerent, ut quae omnia in quaestionem veniunt. Ubi iterum
 subponimus, ut certissimum, quemadmodum homo vivus
 ex matre sua prodit ac nascitur, eoque ex iis animalium ge-
 neribus est, quae ζωολογῶσιν εἰς τετραπόδα, (uti loquitur Aristo-
 teles) h. e. animal perfectum specie, corporeque organico &
 articulato constans in lucem edunt, sive, (ut alibi describit)
 ὅσα τελεσιργῶσι καὶ ἐκπέμπουσι δύνασθαι ὁμοίον ἑαυτῶ, quae
 B 3 perfi-

a) Lib. VIII.
 hist. mundi
 cap. XLII.

Conf. Lib.
 XVI. cap.
 XXV.

b) Lib. IV.
 cap. XXII.

c) III. Ge-
 org. med.

d) Lib. II.
 de re rust.

e) Lib. VI.
 de re rust.
 cap. XXVII.

Præcept.

conjug

I. historia
 animal.

cap. V. & II.
 de generat.

animal.

cap. I. XX.
 & passim
 alibi.

perficiunt, & foràs emittunt sibi simile, indeqve tritò voca-
bulò ζωλόκα vocantur, vivifera & vivipara, item cum ad-
ditò, ζωλόκα ἀνδρῶ ζωλονίας, vivifera sine ovi partione, ita
materiam, ex quâ generatur, dari atqve conferri ab ipsis ge-
nerantibus, aut minimum à matre, in quâ concipitur, & ex
quâ nascitur. Neqve enim fit vel generatur ex nihilo: uti
quidem nostrorum avorum memoriâ Davidem Gorlæum
Ultrajectinum contendisse legimus, universim omnium,
substantiarum naturalium, & speciatim quoque hominum,
nullam dari materiam, ex quâ generentur aut constent. Sed
hunc meritò ad alias Scholas, in quibus entium simplicium
atqve compositorum natura exponuntur, ablegantes, in præ-
senti confutamus tritò illò, in cuius veritatem consensisse
omnes, quotquot de naturâ philosophati fuere, scribit Aristo-
teles: ἐκ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται ὄν. Ex non ente nullum fit ens.
Quodsi igitur omninò datur aliqua materia, è quâ produci-
tur ac formatur homo, eaqve non aliunde adsumitur, ab
ipsis generantibus communicetur oportet. Neqve enim
datur hîc tertium. Estqve, quantum meminimus, de hîc
iterum plenus Doctorum (qui hanc pro principiò ac causâ
agnoscunt) consensus, ut ideò etiam inter generationis
viventium requisita ipsum hoc numerari vulgo videamus,
quod scilicet ex se sumant atqve subpeditent generationis ne-
cessariam materiam. Quò de præter alios videri possunt
Thomas de Aquinò (a), ejusqve interpretes doctissimi,
Thom. de vio Cajetanus (b), Gabr. Vazquez (c), & Franc.
Svarez (d).

§. XIII.

Hæc ergò materia quæ qualisve sit, & unde veniat, pri-
mùm inqvirendum, ut quâ satis cognitâ, plurium, quæ hîc
qværentur, solutio erit facilis. De quâ quidem pervulga-
tissi-

Exerc. Phi-
los. XIV.

1. Phys. t. 33.

a) Part. 1.

Q. XXVII.

art. II. corp.

& IV. con-

tra gentes

cap. XI.

b) Com-

ment. in c. I.

c) Operum

Tom. I. Tr.

III. Lib. LX.

cap. I.

d) in part. I

diff. CXIII.

cap. I.

tissima fert opinio, esse eam semen & sanguinem: semen inquam utriusque parentis, sanguinemque maternum. Ubi per sanguinem intelligitur ipse ille quidem, quo constant vivuntque foeminae, sed qui in iis redundans, à naturâ destinatus est generationi nutritionique foetuum, indeque etiam, quando nec uterò gerunt, nec lactant ipsæ, singulis mensibus excerni solet, & hinc vocatur communiter *menstruus*; per semen autem albicans ille spumofusque humor, qui in testiculis vel locis vicinis confectus, inibique contentus, quando anatome instituitur, conspicitur, aliàs autem tum in coitu, tum & interdum extra coitum emittitur atque excernitur. Quasi scilicet, quemadmodum nec pater solus, nec sola mater, sed & hac, & iste, sunt geniti principia, & (ceumodò monuimus) viventium generatio hoc habet proprium, quod materia generationis ex ipsis generantibus adcedat, sic utrique incumbat, semen efficere, excernere, & ad generationis actum adferre, ut quò mediante dicantur generare. Ob quod etiam loca vel vasa, quibus humor iste continetur, & vel efficitur, vel adservatur, vel vehitur atque emittitur, vocantur *spermatice* sive *seminalia*, variaque in utroque sexu statuuntur, uti ea prolixè describunt Anatomici, præprimis Andr. Vesalius (a), Casp. Bauhinus (b), Andr. Laurentius (c), & qui genitalium partium historiam seorsim singulari studio exposuit, Franc. Plazzonus (d).

§. XIV.

Hujus sententiæ fuisse multos antiquorum, testis est Philosophus (e), fuisse etiam Auctores *Libri τῆς γυναικῆς, τῆς φύσεως καὶ παιδείας*, & primi *τῆς διαίτης*, qui omnes in tomis operum Hippocraticorum habentur, loquitur ipsa litera. Fuit verò cum primis Galenus, ut qui eam & uberius explicare, & firmissimè demonstrare, & eâ parte, quâ ab Aristotele aliisque

a) Libb. de corp. hum. fabr. V. cap. XIII. XV. & XIX.

b) Theatr. Anat. Lib. I. cap. XXIV. seqq.

c) Histor. anat. Lib. VII. c. II.

d) Lib. I. & II.

e) Lib. I. de generat. animal. cap. XVII. XIX.

XX. & aliibi passim.

Lib. II. de
sem. cap. I.
& seqq.
XIV. de u-
su part. &
alibi.

Opp. Lib.
XXIII. de
hoc gene-
rat. ca. I.

Tract. de
pollut.

a) Philos.
Christ. de
animâ Lib.
II. cap. VI.
art. IV.

b) ibid.

c) l.c.

d) Lib. de
hum. corp.
Fabr. V.
cap. XIV.

liisqve Peripatus Doctoribus impugnata fuit, defendere omni molimine quæsiit. Fuerunt etiam post Galenum, & sunt hodiè quoque plurimi, Medici tam, quam Philosophi, quin etiam Theologi ac Politici, (nam & hi tangunt sæpè argumentū hoc) ut, si quis omnium catalogum consignare vellet, *Iliada* ferè conscribere videretur. Qui omnes igitur unanimiter id adserunt, quod diximus, *habere semen & mares, & fœminas, esseque utrumque unà cum sanguine maternò generationis materiam.* Eorum etiam aliqui duplex utriqve sexui adsignant semen: alterum verum & elaboratum, quod sit generationis principium, alterum autem magis aqueum, crudumque, & velut istius excrementum, quoddam, productum sive collectum in glandulosò corpore, vel parastatis istis, quæ ad vesicæ cervicem in viris, ad fundum uteri verò in fœminis sitæ sunt, quodque ideò non destinatum quidem sit generationi, ut ex eò fiat fœtus, acrimoniam tamen (ut Ambros. Paræus judicat) & mordacitate quâdam, quâ pollet, ad Venerem & speciei propagationem homines exstimulet. Gerson Theologus appellavit humorem salivalem, item spiritalem, quod inter seminalem & urinalem quodammodò medius, ineptus sit nutritioni ac generationi, veluti saliva, & aliæ superfluitates à cerebrò defluentes. Lib. Fromondus (a) autem mavult dicere destillatitium, quia sit materia fluxus, quem Casuista destillationem appellant, & à pollutione distinguunt. Qui idem (b) de illò plura proponit, ut &, quem modò allegavimus, Ambr. Paræus (c), atque Andr. Vesalius (d).

§. XV.

Ex horum igitur mente ita incipit hominis generatio: Coeuntes mas ac fœmina, emittunt *semina*: hæc juncta sive mixta, in uteri fundum, virtute ejus peculiari, trahuntur:

duntur: eò delata foventur, undiqve comprehenduntur,
 & statim membranâ induuntur. Estqve hæc mixtura πρώ-
 τη ἔ ζωῆς σύστασις, prima animalis constitutio, sive primum,
 quod pro futurâ generatione in uterò conspicitur, ejusqve ad-
 eò primordium & prima materia, in qvâ κατὰ τὰς ἀμβλώσεις
 π καὶ κατὰ τὰς ἀνατομὰς ἢ ἔ σπέρματι ἰδέα κερταῖ, (ut lo-
 qvitur Galenus) h. e. quantum ἔ ex abortibus, ἔ ex disse- I. de sem.
cap. IX.
 ctionibus patet, seminis species vincit. Est etiam, ejusdem
 verbis, ὁ πρώτῳ τῶν κυμνύων χρόνῳ, primum fœtuum, in ibidem.
 uterò dum geruntur, tempus. Siqve eidem credendum,
 vocatur, quod tunc conspicitur, ab Hippocrate γονή, genitu-
 ra. Secundum eorum, qui in ἔ cum seminibus animam et- Jo. Sper-
ling. diss. de
Trad. cap.
VIII. ἔ XV.
 iam traduci credunt, aliquos adest jam ipse homo, nondum
 licet dearticulatus, essentialiter tamen perfectus. Cui
 opinioni favisse videtur, & quod faverit jam olim ipse
 quoqve Hippocrates, contendere Auctor libelli, inter Ga- cap. II.
 lenicos vulgo relati, an animal sit, quod est in uterò? Ista de-
 inde σύστασις augetur ex sanguine, attractò & quasi advoca-
 tò à seminibus, partim ob nutritionem, partim quoqve
 partium formationem & perfectionem. Quod tempus
 jam secundum est, ut qvò substantia illa σαρκοειδής, καὶ ὅτι
 γονοειδής, carnosa, ἔ non amplius seminalis apparet, Hippo-
 crati id propter dicta non γονή, sed κύημα, eòdem Galenò ibid.
 Auctore. Nam (inquit) πληρωθῆ μὲν ἔ αἵματι, ἢ καρδία ἢ,
 καὶ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ τὸ ἥπαρ, ἀδιάσφρατα μὲν ἔτι καὶ ἀμορ-
 φα, πῆξιν δ' ἔδη τινὰ καὶ μέγεθῳ ἀξίολογον ἔχει, sanguine
 repleta est, corqve, ἔ cerebrum, ἔ jecur, indistinctam quidem
 adhuc ἔ informem, quandam tamen coagulationem, ἔ ma-
 gnitudinem alicujus momenti habent. Quæ omnia tùm Lib. I. de
sem. cap.
VI. usqve
ad fin.
 ipse, tùm ὁμόψηφοι alii innumeri declarare confirmare-
 que nituntur pluribus.

C

§. XVI.

§. XVI.

Atque his ut fundamentis niti etiam tradunt alia, quæ in Scholis docentur, & evenire manifestò constat. Præcipuè (I.) quod *partium* aliquæ dicantur *spermatice* sive *seminales*, ex *semine* ortæ, aliquæque *sanguineæ*, productæ *ibid. cap. X. ex sanguine*. Nam, dictatore Galenò, ἀπαντα τὰ μέρη, ὅσα σαρκώδη τὴν ιδεάν ἐστίν, ἐξ αἵματος ἐγένετο, τὰ δ' ὑμενώδη πάντα ἐκ ἀέρος αἵματος ἐγένετο, omnes, quæ carneam speciem præseferunt, è sanguine constiterunt, quæ verò membranæ, ex semine fuere productæ. (II.) Quod hæc *spermatice* quæ sunt, nec coalescant vel glutinentur, nec renascantur. Quod tamen diversis modis à diversis exponitur, uti eos recenset Andr. Laurentius. (III.) Quod tùm *fætus* nonnunquàm plures concipiantur, tùm verò *sepius* partes numero vel magnitudine nunc excedentes, nunc etiam deficientes. Quasi scilicet numerus & quantitas tam partium, quàm & totorum corporum, necessario respondeat quantitati & copie seminum, sicuti ita jam olim sensisse Philosophos quosdam, refert Aristoteles. (IV.) Quod *similis sit proles* generantibus. Nam & hujus causam in feminibus quæsiisse ac locavisse multos, est notissimum, deque veteribus probat idem Aristoteles. (V.) Quod dentur *morbi quidam hæreditarii*, quibus (uti Sennertus describit) cum ipsi parentes sint obnoxii, iidem cum parentum semine ac sanguine maternò derivantur in liberos. Id quod quemadmodum sepius evenire cotidiana omnium locorum testatur experientia, quæ etiam, quosdam quasi proprios esse toti alicui familie, (quod memorabili exemplò *mammaram lactearum* in Bleckingiâ Scaniæ provinciâ observatò confirmat illustris Bartholinus) sic eodem abeunt illa, quæ ex veteribus quibusdam pariter adducit Aristoteles. Jam enim, (dixerunt)

Contro.

Anat. Lib.

I. Q. VII.

IV. de ge-

nerat. ani-

mal. cap.

IV.

ibid.

Instit. Med.

Lib. II.

Part. I.

cap. XI.

Anat. re-

form. Lib.

II. cap. I. &

hist. anat.

cent. I. hist.

XXVII.

runt) cum parentes cicatrices haberent, filii quidam parte eadem sui corporis easdem habuerunt. Et Chalcedone, cum pater brachio esset compuncto, filius idem retulit. Confusa tamen nota, minusque explanata. Similia exempla leguntur passim apud alios.

§. XVII.

Quidam addunt (VI.) rationem consanguinitatis sive cognationis carnalis, cum primis, quod in sacris dicatur filius esse aliquid sui parentis, & ex matre tanquam ex caverna excindi. (VII.) Debitum prolium erga parentes, aliter, (verbis Fromondi) quam prima parens Eva se debebat suo marito: cujus unica costa tota materia tam grandis & adulti feminei corporis esse non potuit. Porro (VIII.) εὐγενὴν, sive naturalem parentum in liberos amorem, quod nempe quia quisque naturaliter seipsum amat, affectus iste etiam ad liberos, tanquam partem à se decisam, pronissime fluat. Et tandem (IX.) prohibita matrimonia personarum consanguinearum, usque ad certos gradus. De quo quidem non est una omnium mens, dum plures licet prohibitionem istam in infinitum agnoscant in linea recta adscendentium ac descendentium, adeo, ut, si Adam & Eva bodie superviverent, non haberent, quibus possent nubere; alii desinere dicunt in gradu decimo quinto vel sexto, quod, veluti flumina fontis sui saporem amittunt longo lapsu, & qualitates alias adsciscunt à terris, quas lavant, ita semen à majoribus per multos lineæ quantumvis rectæ gradus ad nos delapsum, indolem primam non retineat. Quin modò allegatus Fromondus adserit, summum esse, si ad quartum possit pervenire ista prohibitio, nixus quatuor corporis humani humoribus, quatuor elementa notantibus, quorumque adeo primum, igneum & levisimum, evanescat in gradu primo, in secundo aëreum.

I. de generat. animal. cap. XVII.

Esa. LI. §. 1.

Phil. Christ. de animis Lib. II. cap. VI. art. I.

ibid. art. II.

in tertio aqueum, & in quarto etiam terreum, indeque in
quinto nihil amplius supersit naturalis cognationis, nihilque
seminis atavi in adnepte, licite vero & decenter propinquitas
fugiens rursus matrimonii vinculo revocetur. Quod de apud
Fromondum videantur plura.

§. XVIII.

§. VII.

Post hanc deinde sententiam est altera, Scholæ Ari-
stotelicæ. Consentit enim hæc quidem, quod dicitur, ab
utroque parente aliquid ad generationem conferri, esseque
istam eorum opus, quemadmodum paulò ante monuimus,
Aristotelem nomen principii ipsis tribuere. Sed (I.) cul-
pat, quod symbola illa, quæ conferunt, appellentur σπέρμα-
τα sive semina. Nam veluti constat, nomen hoc de
plantis quoque dici, quoniam dictum esse de iis primò, (id quod
vel ipsa ejus, ut & græcæ σπέρμα, notatio satis docet) ita et-
iam, quod in iis vocatur semen, à plantâ dum venit, ex illâ
habere utrumque generationis principium, efficiens tam,
quàm materiam, videmus, indeque in commodum locum
delatum similem specie plantam emittere. Quod ipsò
scilicet distinguuntur etiam σπέρμα καὶ καρπός, quæ aliàs
in pluribus unum corpus sunt. Καρπός μὲν γὰρ, τὸ ἐξ ἄλ-
λῃ εἶναι σπέρμα ἢ, τὸ ἐκ τῆς αἰθῆρας. Fructus enim ratio est,
ex aliò esse: seminis autem, ex eò esse aliud, uti habent diser-
ta verba Aristotelis. Eadem verò ratio illa, quæ est semi-
num plantarum, minimè est humorum istorum, quos in ani-
malibus nomine seminum dignari plurimos, modò dixi-
mus. Neque enim vel ille, quem mas confert, neque alter,
quem addit fœmina, emittit foetum, ut dicere possimus,
haberi in eò (utroque scilicet seorsim sumto) itidem ambo ista ad
generationem requisita principia, materiam atque efficiens.
Igitur ut in animalibus, in quibus sexus differentia datur,
gene-

I. de gene-
rat. anim.
cap. XVIII.

generatio ab utrôqve dependet, ita aliud esse in iis, ait Peripatus, γονήν, aliud autem σπέρμα. Γονή μὲν, (sunt iterum Aristotelis verba) τὸ δὲ τῶν γυνῶν καλεῖται αἴτιον, ὡς *ibid.* συνδυάζεσθαι πέφυκε, τὸ πρῶτον ἔχον ἀρχὴν γενέσεως. Σπέρμα δὲ, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὰς ἀρχὰς ἔχον τῶν συνδυαθέντων εἶον τὰ τε τῶν φυτῶν, καὶ ἐρίων ζώων, ἐν οἷς μὴ κεχώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἀρρενὸν ὡσπερ τὸ γυνόμηνον ἐκ θήλεος καὶ ἀρρενός πρῶτον μίγμα, οἷον κύημα πέν, ἢ ζῶον. καὶ γὰρ ταῦτα ἤδη ἔχει τὸ ἐξ ἀμφοῖν. *Genitura est, quod in iis generibus, quæ conjungi contingit, à generante proveniens causa dicitur, primum habens generationis principium. Semen autem, quod ex ambobus conjunctis habet principia: cujusmodi sunt Ἔ plantarum semina, Ἔ animalium quorundam, in quibus non distinguuntur mas Ἔ fœmina; veluti prima ex mare ac fœmina facta mistura, Ἔ quasi ex iis quoddam conceptum, aut vivum. Hæc enim habent jam, quod ex ambobus est. Quod* *cap. XX. Ἔ* *passim.* *hòc modò expositum repetit inculcatqve etiam alibi.*

§. XIX.

(II.) Consentit hæc Schola, à mare adferri aliquid ad generationem, verùm id vel semen esse, vel generationis, conceptus, aut fœtus materiam, negat, ex adversò autem ait, esse γονήν, genituram, Ἔ principium efficiens. Quod scilicet, quemadmodum aliàs certum, & inter omnes confessum est, mare esse principium efficiens, fœminam verò præbere materiam, (unde & vulgò eorum, quæ in terrâ fiunt, ex eâqve sponte nascuntur, rationes explicaturi, hanc matri, Solem autem patri cõmparare solent) ita indecens videatur, à mare itidem conferrì materiam, præprimis cùm & ratio & experientia doceat, unum quòd unum in seipsum non agere, neqve opificem esse partem sui opificii. Atqve hanc constantissimam fuisse Aristotelis sententiam, innumera

I. de sem.
c. IV. seqq.
& alibi.

Cap. XXI.

Cap. XXII.

Lib. II. cap.
III.

Lib. I. cap.
XLX.

loca clarissimis probant verbis, ut ob eandem etiam lis ei sit indicta à Galenò, & moveatur hodieq̄ve à plurimis. U- num nunc testimonium sufficiat, desumptum ex librò pri- mò πρὸ ζώων γενέσεως, quò disputans, πῶς αἰλίον ἐστὶ τὸ γιγνο- μέναι τὸ σπέρμα τὸ ἀπὸ τῆς ἀρρένης, quomodo semen (vulgari- ter ita dictum) à mare veniens causa sit geniti, inquit inter alia: Patet igitur, nihil secerni à maris semine esse necesse, neq̄ve, si quid accedit, ideò ἐκ τῆς αἰς ἐνυπάρχοντι τὸ γιγνό- μενον εἶναι, ἀλλ' ὡς ἐκ κινήσεως, καὶ τῆς εἶδος, καὶ ἀπὸ τῆς ια- τρικῆς ὑγιάσεως, ex eò, ut insitò, esse quod gignitur, sed ut ex movente, ἔσ' formâ, ἔσ' (ex gr.) à medicinâ, quæ sanatur.

Quibus σύμφωνα sunt, quæ post pauca addit: A quibus ma- ribus emittitur semen, ἔδεν μίχρον τῆς ἐστὶ τὸ γιγνομένου κινή- ματος, nulla pars facti conceptus hoc est, sicuti nec à fabrò quidquam secedit ad lignorum materiam, neq̄ve pars ulla fa- brilis in eò, quod efficitur, est, sed formâ, ἔσ' species, ab illò per motum in materiâ existit. Quo porrò & illa tendunt, qui- bus ait, τὸ τῆς γονῆς σῶμα διαλύεσθαι καὶ πνεύματ' εἶναι, φύ- σιν ἔχον ὑγρὰν καὶ ὑδατώδη, genitura corpus dissolvi ἔσ' spiri- tescere, cum naturam habeat humidam ac aqueam: indeq̄ve non semper quærendum esse, an exeat foràs, neq̄ve, an sit pars formæ constituta, ut quæ neq̄ve de succò, à quò lac cogitur, quærendum conveniat. Quæ certè quid sibi veliat, satis est evidens.

§. XX.

(III.) Consentit etiam, excerni aliquid atq̄ve con- ferri à fœminis, sed negat, id præter sanguinem esse quid ali- ud. Negat igitur semen, quod illis vulgo tribuunt, idem, simile, vel ἀνάλογον semini masculo. Id quod his eloquitur Aristoteles: Cùm menstrua sint id, quod accidit fœminis, uti maribus accidit genitura, neq̄ve duas seminales excretio-

865

nes simul fieri sit possibile, manifestum est, ὅτι τὸ θῆλυ εἴσπερμα βάλλεται εἰς τὴν γένεσιν, quod fœmina non conferat semen ad generationem. Nam si semen esset, non essent menstrua. Nunc ideò illud deest, quia hæc sunt. Et iterum: Quod autem tale semen, quod à mare emittitur, à fœminâ non emittatur, neque amborum mixturâ fiat generatio, uti aliqui volunt, indicio hoc est, quod sæpè concipiant fœmina sine eâ, quæ per coitum fit, voluptate. Rursusque cum eâ ipsâ voluptate, & concurrentibus licet profusionibus utriusque, maris atque fœminæ, nihilò tamen magis concipitur, nisi menstruorum humor sit temperatus. Quamobrem nec nullis omninò vicibus menstruorum fœmina generat, neque cum effluunt, magnâ ex parte, sed à purgatione.

§. XXI.

Ex cujus proinde judiciò solus sanguis ille, qui in fœminis abundans singulis mensibus excerni solet, (unde & menstruus vel mensurnus dictus fuit, & in plurali menstrua, uti Græcis ἐμμηνα, ἐμμήνια, κατὰ μήνια, nonnunquàm etiam γυναικεία, subintellige καθάρματα, muliebria purgamenta, & καθάρσεις ἐμμηνοί, menstrua purgationes) est generationis materia, fitque prima conceptio, quando ille in uterò existens genituram receperit. Unde veluti verbis modò allegatis dixerat Aristoteles, non omni tempore ad concipiendum aptas esse fœminas, sic istud declaraturus ait porrò, in iis, quæ mensium expertes sunt, deesse materiam ad generationem necessariam, quibus autem fluunt, συνεκλύζεσθαι ἄρα τὸ πλεονέκτημα τὴν ἀπὸ τοῦ ἀρρένου ἐνυπάρχουσαν τῇ γυνὴ δυνάμιν, ob eorum copiam simul elui vim in geniturâ à mare veniente existentem; itaque ut plurimum fieri, & facilimam esse conceptionem μετὰ τὴν ἀποκάθαρσιν, post purgationem sive fluxum menstrui, utpote quò tempore dum sufficiens contigit excretio

ibid.

ibid.

cretio, τὸ ὑπολειφθὲν συνίσταται, id, quod restat, cogitur at-
que transmutatur. Quando autem fit, (uti fieri inter-
dum experientia docuit) ut concipiant aliquæ extra id
tempus, quando scilicet vel fluit, vel nondum fluxit san-
guis, causam esse addit, in his quidem, ὅτι ταῖς μὲν τοσαύτη
γίνεται ἰκμάς, ἔσθι μετὰ τὴν κάθαρσιν ὑπολείπεται ταῖς γονίμοις,
πλείων δ' ἔγνεται περίτλωσις, ὥστε καὶ θύραζε ἀπελθεῖν,
quoniam tantum humoris continent, quantum prolificis re-
manet post purgationem, licet non tanta sit superfluitas, ut ef-
fluere possit; in istis autem, ἔπι μετὰ τὴν κάθαρσιν συμμύει τὸ
σῶμα τῶν ὑπερῶν, quia post purgationem os uteri comprimi-
tur. Ἴταν ἔν (inquit) πολὺ μὲν τὸ ἀπεληλυθὸς ἢ, ἔπι ἣ γίγνη-
ται μὲν κάθαρσις, μὴ τοσαύτη ἣ, ὥστε ἐξικμάζειν τὸ σπέρμα,
πότε πλησιάζουσαι συλλαμβάνουσι. Quando igitur multum
quidem effluxit, sed adhuc fit purgatio, non tamen tanta, qua
semen consumat, tunc ex concumbentibus maribus concipiunt.

§. XXII.

Lib. II. de
sem. cap. I.
& passim.

Atque his disensionibus distractæ Scholæ, mutua-
bella per multa foverunt secula non sine maximis animo-
rum motibus, his quidem omni molimine depugnantibus
pro partibus Aristotelis, pluribus verò pro antiquorum &
(uti communiter ferè vocantur) Medicorum placitis. E-
quibus etiam non paucos videas eâ confidentiâ in arenam
descendere, ut non vereantur scribere, antiquam illam
opinionem certò demonstrare (quæ olim Galeni verba fue-
runt) Ἐὰν τῶν ἀνατομῶν ἐναργῶς φαινόμενα, quæ ex dis-
sectionibus evidenter apparent, Aristotelemque Anatomia
prorsus ignarum errasse, & (ne desit aliquid, quò ipse invi-
sus atque exosus reddatur) mentiri. Enimverò insuper
habitis omnibus, quæ utriusque sectæ Patroni pro suorum
dogmatum defensione atque confirmatione protulerunt,
currente

corrente hōc seculō, ante annos hūic duos ac viginti, no-
 vam sententiam proposuit, Aristotelicæ quidem quadan-
 tenus adhuc faventem, sed Galenicæ atque Hippocraticæ
 in omnibus ferè contrariam, illustre Britannorum sidus,
GVILIELMUS HARVEUS: ille, quem ob inventum
 pariter expositumque *sanguinis motum circulare* Scholæ
 tam Medicæ quam Physicæ, ut Naturæ verissimum & quasi
ἡγήσιον interpretem jam colunt, ob insignia verò in rem li-
 terariam merita, inclutum Medicorum Londinensium
 Collegium in statuâ, quam ejus memoriæ sumtibus non
 exiguis sacrauit, hōc dignavit elogiō, uti id in *epistolâ ad*
Nobiliss. Th. Bartholinum perscripta refert CL. Ol. Borrichi-
 us: **GULIELMO. HARVEO. VIRO. MONUMEN-**
TIS. SUI. IMMORTALI. HOC. INSUPER
COLL. MED. LONDIN. POSUIT. QUI. ENIM
SANGVINI. MOTUM. UT. ET. ANIMALIBUS
ORTUM. DEDIT. MERUIT. ESSE. STATOR
PERPETUUS.

Vid. Th. Bar-
tholini Epi-
stolar. Medic.
Cent. IV. Ep.
XCII.

§. XXIII.

Negat hic, vel *ex semine*, vel *ex sanguine* concipi homi-
 nem, aut ullum animal. Negat inquam, in ullō animalium
 genere *foeminas* emittere aut conferre ad generationem ejus-
 modi humorem, qui *semen* vulgo vocatur. Negat, ex eō, quod
à maribus in coitu excernitur, inque *foeminas* immittitur,
conceptum, vel aliquam *foetus* partem fieri. Quin negat,
locum in utero cadum, ubi *conceptio* ac *generatio* fit, venire:
 quod neque *ab ipsis maribus* in congressu iniiciatur, (ut quod
 pro *impossibili* jam olim habuit Aristoteles) neque *ab ute-*
ri calore, (uti hic statuit) vel (uti Galenici crediderunt)
peculiaris facultate trahatur. Negat etiam, in utero babe-
 ri quod *parati sanguinis*, ex quo *à genitura mascula* per
 D *congula-*

Il. de gene-
rat. anim.
cap. IV.

Prefat. in
Exerc. de ge-
nerat. ani-
mal. pag. 16.

coagulationem conceptus fieri atque consistere possit. De quibus quidpe placitis, in Scholis hactenus receptis, hoc fert iudicium: *Hæc falsa & temerè dicta esse, facile constabit, & veluti tenebrarum phantasmata, adhibita luce Anatomicâ, subito evanescent, nec redargutionem operosam requirunt, ubi per ætiosiam contraria, eaque rationi consentanea, ipsemet (Lector!) propriis oculis certior factus, deprehenderit, simulque intellexeris, quàm sit intutum, imò verò turpe, citra rerum ipsarum examen, ex aliorum commentariis institui, præsertim, cum tam apertus facilisque Natura liber sit.*

§. XXIV.


Incipit autem ex huius iudiciò potiùs ita generatio: Mas coiens cum foeminâ immittit quidem in hanc semen, (ut quod omninò necessarium esse, nec sine eò ullam conceptionem fieri statuit, ne quidem in oviferorum generibus foecundi ovi) sed id à locis, ubi deponitur, receptum, nudò contactu uterum ita alterat ac inficit, ut ejus matrix omnibus ferè potentiis sensilibus, præprimis magnitudine, crassitie, teneritudine ac colore, alterata, & quasi alia redita adpareat, atque facultate inde acceptâ paret vel efficiat ex sanguine, ubertim eò confluente, *lentum albugineumque humorem, albumini ovorū similimum*: hoc factò, matricis tunice interiori, corrugatæ nonnihil ac madescenti, adpenduntur *mucosa filamenta*, ad instar telarum aranearum, primum quidem exigua, mox verò aucta, & sui conjunctione *membranofam ac mucilaginosam tunicam sive manticam* referentia: quæ porrò modò dictum albumen, ex uteri membranis stillans, recipiens, eòque repleta, verissimum κίνημα est, sive conceptus, generationis primordium, & quatenus utrumque huius principium continet, planè ἀνάλογον semini plantarum, adeoque semen humanum, ovum item, tum

tum

tum juxta definitionem hu-^htele(a) adsignatam, a) I. hist. ani-
 qua dicitur id, cujus ex parte an-^{mal. cap. V.}gnitur, reliquum vero
 ei, quod gignitur, alimento est, tum secundum illa ejusdem
 verba (b), quibus inquit: *Ἐν αὐτοῖς ζωοπακύντα, τρόπον τινα*<sup>cap. II. de ge-
nerat. ani-
mal. cap. V.</sup>
μετὰ τὸ σίσημα τὸ ἐξ ἀχῆς ὠοειδὲς γίνεται. ἐπιέχεται γὰρ τὸ<sup>b) Lib. III.
cap. IX. Conf.</sup>
*ὕχρον ὑμένι λεπτῷ, καθάπερ ἂν εἰ τις ἀφέλοι τὸ τῶν ὠῶν ἔσρα-
κον. διὸ καὶ καλεῖσι τὰς τότε γιγνομένης τῶν κυημάτων φθο-
ρας, ἐκρύσις.* *Quæ intra se gignunt animal, iis quodam-
modò post id, quod initio colligitur ac consistit, oviforme
quoddam generatur. Humor enim membranâ tenui conti-
netur, perinde ac si ovi testam detraxeris. Unde conceptuum
corruptiones tunc factas vocant fluxus.*<sup>VII. hist. ani-
mal. cap. VII.</sup>

§. XXV.

Ita, inquam, incipit generatio nostra, ex sententiâ
 Harveï, quam prolixè proponit *Exercitationibus de genera-
tione animalium anno hujus seculi LI. editis.* Incipit autem
 non statim in vel à coitu, sed secundò demum mense, & vix
 ante octavam vel septimam hebdomada. Nam, ut idem pluri-
 morum annorum experienciâ edoctus verè testatur, in damis, *Exerc. LXIX.*
 quæ itidem novenis mensibus uterum gerere, sub medium
 Septembris verò mares admittere solent, non ante diem No-
 vembris XII. aut XIV. aliquid primum ad futuram prolem
 pertinens reperitur. Quod & confirmant experimenta ^{ibid.}
 in hominibus facta. Conceptus ejusmodi (ait) nos sæpè
 secundò mense mulieribus decidisse vidimus, ad ovi columbi-
 ni molem, sine fœtu: aliquando etiam ad phasiani vel gallina-
 ceï ovi magnitudinem. Atque hòc tempore embryo intus
 longitudine unguis digiti minimi fluitans cernitur. Mem-
 brana verò conceptum obtegens placentam annexam nondum
 obtinet, neque utero affigitur, sed solummodò parte sui supe-
 riore & obtusiore, quasi mucò tenui, aut lanugine quâdam
 vestitus



vestitus

vestita, accrescentis jam placentæ rudimenta exhibet: interior autem superficies lævis & lubrica existens, pluribus vasorum umbilicalium propaginibus referta cernitur. Tertio mense ovum hoc, anserinum magnitudine superat, atque embryonem perfectum duos digitos transversos longum amplectitur. Mense quarto Struthionis ovo grandius visitur. Atque hæc in abortibus (crebro factis dissectionibus) diligenter observavi.

§. XXVI.

Exerc. LXIII.

Pro argumentis verò (ut breviter moneamus, cum maxumè ἄξιόδοξόν sit) ad eam statuminandam adducit cum primis hoc: Quod nec statim post coitum, nec tempore sequente, aliquid vel seminis masculi aut fœminei, vel sanguinis etiam, in uterò observetur. Id quod quidem licet non in uteris hominum, (utpote à quorum dissectione ferè omninò excludimur) sed saltim brutorum quorundam fuerit expertus, ab his tamen ad homines argumentatur, tum quod, quantum ad præsens, nulla appareat disparitas animalium eorum, in quibus datur sexus differentia, tum & quod omnes, qui de hoc argumento disputant, universaliter loquantur, neque genus aliquod velint exemptum.

ibid.

VII. hist. animal. cap. VII.

Quò sensu igitur & ipse cum aliis intelligit illa Aristotelica: Πάντα καὶ ὠλοῦνται, καὶ πεζὰ, καὶ πτερυγία, ἢ ὠλοῦνται, ὁμοίως γίνονται. Omnia & natatilia, & pedestria, & volatilia, sive viva ex matribus nascantur, sive ex ovis proveniant, eòdem oriuntur modò. Atque sicuti de oviferis id luculentissimè probat (a), & pariter ex viviparis de cervis ac damis, (b) utpote quarum uteros singulis à primò coitu usque ad partum diebus inspexit, ita quantum ad cætera, scribit (c): In canibus, cuniculis, aliisque plurimis animalibus expertus sum, nihil prorsus in uterò post coitum, per aliquot

a) Exerc. XXXI. seqq.
b) Exerc. LXIV. seqq.
c) Exerc. LXIX.

aliquot

aliquot dierum spatium reperiri. Adeò, ut exploratum habeam, in viviparis quoque, (quod supra de oviparis constitit) nec ex spermate maris, aut foemina, in coitu projectò, nec ex ambobus simul mistis, (ut Medici volunt) oriri foetum; neque ex sanguine menstruò, tanquam materia, (ut Aristoteles censuit) neque protinus à coitu conceptus aliquid necessario constitui. Et proinde haud verum est, in coitu prolificò materiam in uterò paratam adesse, quam mascula seminis virtus (coaguli instar) coquat, coagulet, & efformet, vel in actum generationis deducat, aut resiccata extrinsecus superficie membranis includat. Nihil enim omnino per dies complurculos (nempe in damis ac cervis ad duodecimum Novembris) inesse cernitur. Patet insuper, non omnes foeminas, dum coeunt, semen in uterum profunderè. Neque enim in damà, aut cervà, aliisque plurimis viviparorum generibus, ullum est vel menstrui sanguinis, vel seminis indicium. Quæ eadem ingeminat etiam alibi & foepissimè.

§. XXVII.

Dehinc urget & hoc, quod nulla via pateat semini in uterum sive matricem, ut frustra tam à Galenicis, ad uteri famelici quasi & appetentis peculiarem facultatem, quam & ab Aristotelicis, ad potentiam calidi recurrentibus, inferri istud contendatur. Attrahi enim profectò inferrique nequit, si nulla via, per quam duci queat, adest. In via autem esse loca foeminarum, probat tum seorsim de gallinis, in quibus infundibuli trajectus adeò implexus, & interioris suae tunicae laxitate rugosus est, ut, licet è matrice foràs facilis via pateat, atque ingens ovum illac haut magno negotio prodeat, ingredi tamen maris penem (qui nullus adest) semenque ejus interiorem uteri cavitatem subire, vix sit verosimile: nam neque stylò, neque setà viam intus reperire licet, neque à podi-

a) Lib. de for-
mat. ovi &
pulli Part. 1.
c. 1. & Part.
II. cap. II.
b) Exerc.
LXV.

ibid.

ibid.

Exerc.
XXXII.

cis foramine inflatus aër permeat, uti jam antea etiam Hier. Fabric. ab Aqvapendente (a) observavit; itemque viviferorum generibus de cervis ac damis (b), in quibus non modo ingressus exterior, in vaginae fundo conspicuus, arctè connivet, firmiterque conglutinatur, adeò, ut ne aër quidem inflatus in uteri cavitate penetrare queat, sed & quinque alia consimiles angustiae ordine collocatae adsunt, firmè contra omnem extraneae rei ingressum constrictae, & mucagine glutinosà sigillatae; tum porrò de ovibus, capris, vaccis, & universim omnibus. In aliis omnibus animalibus (inquit) orificium illud uteri eodem modo occlusum reperitur, quò in muliere solet: in quâ fores has arctè adeò interdum clausas novimus, ut menstrua, lochia, aliive humores, ob denegatum iis exitum, in uterò retenti, symptomata hysterica sevisissima exciterint, ac propterea instrumentum ad hanc rem idoneum excogitare opus fuerit, quò aperto hoc uteri meatu intus stagnantia foras profluerent, & praedicta accidentia dissiparentur; tum etiam, ut injectiones in uteri cavitate penetrarent: quibus ego ulceribus matricis internis, & sterilitati quoque aliquando medelam attuli. Debit siquidem (ut idem exinde judicat) flatui, sanguini menstruo, aliisque humoribus exceraendis via patefcere, rerum autem externarum, etiam minimarum, (aëris puta, aut seminis) ingressui omninò pracludi.

§. XXVIII.

*Seorsim etiam contra semen faemineum, quod vulgò vocant, atque ad generationem quasi simpliciter necessarium adserunt, urget (I.) id in omnibus animalium generibus minimè posse ostendi. Quippe (ait) gallina, animal etiam omnibus aëdibus notissimum, nullum semen in coitu emittit, ex quò ovum fiat. Imò verò nunquam quidquam seminis
ejus*

ejus uspiam observatum est: siquidem partibus generando se-
mini necessariis destituitur, testiculis nempe, & vasis sperma-
ticis. Et (II.) vasorum seminalium in viris longè aliam esse
constitutionem, ac est in foeminis, ut in quibus (propria ipsius
recensemus verba) visuntur quidem, sed sunt quasi parva Exerc. LXV.
glandulae, quæ prostaticis potius, aut mesentericis glandulis pro-
portione respondent, (quarum usus est, stabilire venarum di-
varicationes, & humorem lubricandis partibus conservare)
quàm semini, ei quæ prolifico, concoquendo, coitusque tempore
profundendo, instituta sunt. Post quæ pergit, & addit por-
rò: Sumique egomet hujus sententia, tum ob alias rationes ibid.
plurimas alibi allatas, tum maximè, quod coitus tempore,
quando maribus testiculi turgent, & humore seminali replen-
tur, in cervis & damis, cæterisque viviparis omnibus, (in
quibus reperiuntur) uteri cornua immutentur, testiculi au-
tem dicti, tanquàm ad generationem nihil facerent, nec turge-
ant, nec quicquam à solitâ constitutione, sive ante coitum, sive
post ipsum, varient, neque ullò indicio utilitatem aliquam vel
ad coitum, vel ad generationem adferant. Dictu mirum,
quantum maribus, (in talparum & murium majorum genere)
coitus tempore, tum in vesiculis seminariis plurimum disten-
tis, tum etiam in testiculis, abundet geniturae copia, (quod et-
iam in gallò gallinaceo observavimus) & quàm ingens mutatio
in utriusque sexus genitalibus cernatur; cum tamen glandulae,
quas foemellarum testiculos arbitrantur, citra variationem
ullam pristinam faciem servant. Haftenus Harveus.

§. XXIX.

Cujus sententia, nova planè atque *Agidoz*, (omni-
um enim antecessorum placitis doctrinisque contradicit)
rationibus tamen & experimentis statuminata, ubi inno-
tuit, dici nequit, quantas in Scholis excitaverit turbas,
quan-

I. Ethic. Nicom. cap. IV. secundum sect. Z. & Singeri VI.

quantisve studiis & curis dederit ansam. Pars, sed exigui numeri, mirata novitatem, attamen amore veri ducta, inquisivit in fundamenta, quibus nititur, eaque firma & solida deprehendens, sine tergiversatione statim subscripsit, illa Philosophi cogitans : *δόξαις ἀν' ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν Ἰπὶ σωτηρία γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεία ἀναρῆναι, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. ἀμφοῖν γὰρ ὄντων φίλοι, ὅσιον προσημαῖν τὴν ἀλήθειαν.* Fortassè prestare, atque adeò oportere videtur, veritatis tuenda causâ vel nostra ipsorum decreta evertere, præsertim cum etiam nos Philosophi simus. Nam cum utraqve cara sint, tunc primum est, amicis antiquiorem habere veritatem. Aliqui consenserunt ex parte, ex parte verò disenserunt. Alii verò, veteres avias (quod proverbio dicitur) impensius deamantes, contradicunt penitus, & damnandam judicant opinionem novam, receptis doctrinis, pluriumq; scientiarum principiis refragantem. Quidam porrò, persuasi, & veterum & Harvei placita esse vera, de pace & conciliatione eorum diserunt. Alii denique periculose plenum opus alex esse rati, sive cum antiquis, sive cum Harveo facerimus, malunt τὸ ἐπέχειν eligere, quàm certi quid decernere. Quod quidpe intendunt omnes illi, qui tangentes argumentum hoc, dissimulant nova dogmata, (qui quidem sunt plurimi) disertis verbis verò confitetur Jo. Claud. de la Courvee Vesulanus, dum scribit: *Ego, ut ingenuè fatear, nihil adhuc in hac materie competentum habeo, nec usque ausus adserere, nec usque ausus denegare, semen utriusque parentis in uterò misceri, & esse hæc mixta semina materiam, ex quâ compingitur fœtus.*

Paradox. de nutrit fœtus Part. III. cap. II.

§. XXX.

Manifestum ad sensum eque paucissimi dederunt, neque plures fortè, (quod nos sciamus) præter Olavum

um

nam Rudbekium Svecum, Ant. Everardi Medioburgensem,
atque Thom. Cornelium Consentinum. Et iste quidem, in
Regia Upsaliensium Academia Anatomicus clarissimus,
obiter saltim, de *vasorum lymphaticorum*, sive, ut ipse appel-
lat, *ductuum hepaticorum aquosorum*, & *vasorum glandu-
larum serosorum substantia* dum disseruit, notavit, mem- *Exerc. novā*
branas crassionem spermatis partem in suam substantiam na- *de iii. cap. IX*
ctas fuisse, ab omnibus formè Medicis & Philosophis subponi,
sed opinioem illam accuratissimis hōc seculō Anatomicis dis-
plicere, cū aulo *Via ipsa*, vel viri, vel fœmine semen ad ge-
nerationem animalium concurrere secundum materiam, per-
neget. Quod idem repetiit postmodum, & contra ob-
jectiones Martini Bogdani defendit *disertatione apologe-
ticā*, quam edidit anno hujus seculi LIV. Sed Anton. E- *Membro V.*
verardi, Medioburgi Doctor Medicus Practicus celeberr- *S. IV. p. 12. 40.*
mus, argumentum hoc de professō tractans, (exemplō sci- *sc 99.*
licet Harvei incitatus) prolixō commentariō *novum* &
genuinum hominis brutiqve animalis exortum describit, &
quæ iste potissimū in *cervis ac damis* observaverat, confir-
mavit experimentis factis in *felibus, canibus, leporibus, &*
præcipuè cuniculis. Quibus quidem plenissimè confir-
matus, *nihil seminis in uterum pervenire*, inquit: *Nihil me* *pag 32*
movet Medicorum autoritas, & mulierum testimonia, volen-
tium, conceptum fieri, si seminis masculini corpulentia detine-
atur in uterō, aliàs irritum esse coitum, & frustrata spei. Ma-
gis confido oculis meis. In cuniculō enim, tertio à coitu die dis-
sectō, imprægnatōqve, nihil quidquam liquoris, succi, seminis,
aut quod seminis habeat similitudinem, reperi. Et iterum: Non *pag 35.*
possum assentiri eorum opinioni, statuentium, semen ab utrō-
qve parente productum in coitu simul rejici, retineri, misceri:
ex eō partes omnes spermaticas delineari: bis delineatis san-
guinens

gvinem maternum ad uterum ferri: inde per foetus umbilicum attrahi ad partium spermaticarum incrementum, & sanguinearum formationem & nutritionem. Seorsim etiam
pag. 21. seqq. contra semen foemineum disputat, eoque negat, materiam conceptus & generationis constituit succum utero proprium & inherentem, conversum mediante fermentatione in liquorem albidum, glutinosum ac spirituosum, ut qui per membranarum uteri poros transsudans, sensim circa ejus substantiam interiore colligatur, posteaque tunica obductus, naturam & conditionem ovi obtineat. Quamquam & hic in multis ab Harveo dissentiat, cum primis quia tempus & principium efficiens conceptionis. Sicut & Ruabekius Aristotelis magis partibus favere videtur, atque adserere, non aliam partium foetus materiam esse posse, praeter sanguinem, utpote, quem esse materiam partium in foetu edito, magnum subitumque omnium incrementum ostendat.

§. XXXI.

Ultimus autem licet & ipse (a) foeminis genituram concedat, quin ajat, neminem sanam mente praeditum id negare posse, Harveum etiam in judicando saepies errare tradat (b), attamen quia conceptionis materiam, tempus & modum totus videtur Harveanus. Expressè enim: Harveo auspice (inquit) deprehendimus, foeminarum uteros à maribus foecundatos nihil à coitu retinere, quod genitura speciem referat, nec ante conceptum (qui pluribus post concubitum diebus corporari incipit) apparere aliquod vestigium seminis. Et addit: Id planè paradoxon videri potest. Sed accurata Harvei diligentia omnem sustulit dubitationem: quippe ita se rem habere ille comperit, dissectione damarum cervarumque saepius iteratâ. Inde verò infert, genituram non esse partem seu materiam constituendi conceptus, neque ejus

CRAS(A-

a) Progy-
mnasm. Phys.
F. pag. 186.
b) 168.

pag. 191.

ibid.

ibid.

crassamentum ad generationem quicquam conferre, cum ab-
sumatur, antequam foetus incipiat coagmentari. Atque
quæ proximam generationis materiam, ejus originem, & ad
uterum adcesum, statuit ita: Materia, ex quâ foetus confor-
matur, uniusmodi fermè est omnibus animantibus, nempe, pag. 192.
crassus quidam lentusque humor albicans, qualis in univer-
sò propemodùm ovorum genere reperitur. Ejusmodi humo-
rem sanguini permixtum sæpissimè conspicamur in menstruis
foecundarum mulierum, quæ Medicorum vulgus pituitam,
seu crudiorum sanguinem arbitratur. Cæterum incipit hic
humor in mulieris uterum persuere multis planè diebus à fœ-
cundò coitu: tum verò in massam cogitur, membranâque ob-
ducitur: fitque quodammodò ovum molliori tunicâ septum.
Sæpè autem albugineus iste lentor vel peritissimis viris impo-
suit. Nam in abortu ejectus habitus est pro geniturâ. Ad
bunc igitur modum (concludit) observatum est, in vivipa- pag. 193.
rorum uteris coagmentari conceptus haud absimiles ovis.
Quæ certè omnia (quicquid sit de aliis) Harveanis non
modò sunt conformia, sed & illa illustrent magis ac con-
firmant.

§. XXXII.

Ex parte consentit Anton. Deusingius Medicus Grö-
 ninganus, dum semen maris quidem in uterum venire ne-
 gat, fœmineum tamen adserit ac defendit constantissimè, *Genes. Mi-*
 conceptionis itaque & conceptus uterini rationem ac modum *crocosmi sect.*
 hunc, tanquàm veritati atque rationi magis consentaneum, *I. §. 25. seqq.*
 ponit: Genitura maris (ait) genitalibus fœminarum partibus *sect. II. §. 63.*
 ritè aspersa, quasi per contagium, seu potius per spirituosam
 quandam, quâ est prædita, substantiam, earundem, ac impri-
 mis uteri temperiem, cum accidentalem, tum substantialem

§. 64.

Dissert. de
Lacte.

Curis secundis
de generat.

Et nutrit.

Sect. II. p. 243

Dissert. de ge-
nerat. fat.

extra iter.

Sect. III. §. 67.

sq. Vindic.

Sect. IV pag.

62. seqq.

quoque immutat, unde talis utero concilietur dispositio, quæ
deducatur ad maturitatis apicem, & impragnetur, sicut fru-
ctus à calore æstivò solent. In uterò autem primùm se exe-
rens illa spirituosà seminis virilis substantia, mox inde cum
sanguinis circuitu communicatur universo corpori fœmineo,
eique toti dispositionem suæ naturæ congruam inducit, adeò,
ut integram fœminam, tam animi moribus quàm corporis vi-
gore, immutet: non secus ac semine virili, in partibus virorum
genitalibus contentò, corpus universum dispositione semini a-
nalogà imbuitur, ac totum sui generis virositate aliquà per-
funditur. Hæc ergò genitura maris facultate corpori fœmi-
neo communicatâ, corpus universum fœmina, virositate illâ
impragnata, incalescit ac rarefcit; sicque mammis item atque
ductibus lactiferis conciliatur ea dispositio, quàm ad lactis ge-
nesin, ejusque ad mammarum corpora confluxum, necessariam
exposuimus alibi; verèque eâ ratione, quod vegetibilibus fru-
ctibus tribuitur ab æstivò Solis fervore, ut maturitatem conse-
quantur, & semina eorum fiant fœcunda, idem quodammodò
corpori fœmineo, à spirituosâ seminis virilis substantiâ com-
municatur: indeque semini fœmineo maturitas, quæ in con-
ceptum, ovi instar, coëat in uterò, ibique ad perfectionem sui
vegetetur. Quæ eadem proponit & alibi.

§. XXXIII.

Qui verò dissentiunt, & antiqv̄is potiùs doctrinis ad-
hærent, sunt plures. Quorum aliqui quidem has propo-
nunt, nullâ factâ mentione dogmatum Harveanorum:
quasi nullorum, nec dignorum, quæ attendantur. Alii verò ea
adducant licet, spernunt tamen, & sine additâ redargutio-
ne mittunt, antiqva autè (sive Galenica, sive Aristotelica)
præferunt. Inter quos cum primis numeramus Joann.
Marcum Marci, Medicum Bohemum, & Joannem de Mey,
Me-

Medicin. Doctorem ac Ecclesiastem Medioburgensem.
 Hic enim modum ac rationem generationis nostræ ex sacris ex-
 ponere intendens, post recensita experimenta Harveana Physiolog. sa-
 cra Part. II,
 cap. V. Locò
 IX. pag. 312.
 inquit: Quicquid sit, dum Hiob se à Deò instar lactis fusum, 313.
 & casei in modum fuisse coagulatum affirmat, primò membrò
 effusionem seminis, (quod lacti colore non est absimile) & pa-
 terni, & materni describit; alterò, ut exceptum matrice, &
 arctissimè conclusum semen in foetus formam, velut fovente
 Dei manu, paulatim concrescat. Quæ uberius exponens, pag. 314.
 vocat hanc Hiobi comparationem appositissimam, & ma-
 ximè naturalem. Ilte verò expressè scribit, se non dubita- Philosoph.
 Veter. restit.
 Part. III.
 Sect. VIII.
 Subsect. II.
 re, quòd in iis, quæ Harveus circa uteri constitutionem, hujusque
 conceptum, reliquis Anatomicis parùm nota, solerter observa- pag. 348.
 vit, plenam fidem esse adhibendam. Sed addit, dum ipse ex his
 sententiam Aristotelis, omniumque Medicorum convellere se
 posse confidit, tantum abesse, ut suis observationibus necessariò
 connexa, aut verisimilia adducat, ut, quò magis in his convel-
 lendis procedit, eò magis se intricet, inque obscuritatis recessus
 inexplicabiles labatur. Colligit igitur difficultates aliquot ibid. & seqq.
 atque absurda, quæ Harveii doctrinam videntur consequi, &
 deinde iis, rationibusque quibusdam aliis hinc & inde
 conquisitis evincere quærit, semen utriusque parentis esse
 omninò & opificem, & materiam foetus. Quin addit, fidem pag. 335.
 receptæ Scholarum sententiæ sacram quoque scripturam face-
 re, dum aliquid substantiæ paternæ filii inesse testatur.

§. XXXIV.

Sed sunt & alii ejusdem clasfis, qui, ut adductorum,
 ab Harveo experimentorum fidem quoque reddant du-
 biam, accusant eum negligentia: quasi scilicet non rectè
 circumspexerit, neque omnia uteri locis quæsierit semen, illas
 etiam damas saltim secuerit, quæ vel non conceperant, vel fu-

a) *Insid. stru-*
ctis Bartho-
lini & asis
lymphat. &
detectis, cap.
II. §. IV. & A-
polog. pro iis
art. IV. §. 13.
b) *Disp. de*
gemellis cap.
II. §. 4.
c) *Histor. a-*
natom. rar.
Cent. VI. Hist.
XCII. Conf.
Epist. Medi-
cin. Centur.
III. epist. VIII.

Exerc. Ana-
tom. de tuba
uteri Sect. II.
§. 14.

Adenograph.
cap. XXXIII.

gà conturbata, aut in madtatione territa semen iterum ejece-
rant. Quorum alterum objiciunt ei Martinus Bogdan
Marchicus (a), & Gothofr. Welschius Med. Lipsiensis (b),
alterum autem soepè laudatus Thom. Bartholinus (c), qui
de tubis uteri, & foetibus ex iis exsecutis disserens, inquit: Semen
virile ad tubam uteri pervenire facile potest, sive per anfra-
ctuosos vasorum ductus, ut conjicit Riolanus, sive per tunicam
uteri patulam, hancque parte, teste Vesalio, tenuiorem. Quoti-
diè certè nobis inscientibus hæc diverticula semen quærit, ut
ibi præparetur. Hinc primò mense, ex observatione Harvei,
nihil ex semine in uterò invenitur, quùm reverà immissum
fuerit. Dubio procul in tubis tam diu delitescit, ut cum fœ-
mineò copuletur. At quando regressus denegatur, à quâ-
cumque obstructione, in tubis fit conceptus, quas dilatari posse,
hydropica apud Tulpium fidem facit. Cujus opinionis et-
iam esse videtur Matthias Tillingius, Rintelensium Anato-
micus, iisdem ferè verbis utens, Bartholini tamen menti-
onem nullam faciens.

§. XXXV.

Simile quid velle quoque videtur Thom. Wartho-
nus Anglus, dum de tubarum uterinarum usu disquirens,
necessarium esse putat, quandoquidem fœmina in coitu ma-
teriam seminalem evidenter excipiunt, neque, si modò fœcun-
da fiant, denuò rejiciunt, ut ea vel in uteri tunicas, vel in ali-
qua ejus vasa recedat; memor verò tum experimentorum
Harveanorum, quibus constitit, in cavitate uteri post coitum
prolificum per aliquot dies nihil deprehendi, tum & quod du-
dum Falloppius adnotarit, se sæpiùs in tubis istis semen ex-
quisitissimum reperisse, aliis fide dignis spectatoribus quoque
presentibus, itemque, quod hoc nihil aliud, quàm semen vi-
rile, tempore coitus assumtum, fuisse potuerit, judicans, sta-
tuit,

tuit, (licet saltem ut conjecturam dictum velit) attrahi in
coitu sufficientem portionem seminis vitalis ad conceptio-
nem, perque fibrillas nervosas, à ductu tubæ ad exteriorem te-
sticuli extremitatem reflexas, similes capillaribus meatibus il-
lis, qui è ductu nerveo testium virilium prodeuntes epididymi-
dis ductum constituunt, ferri: hinc porrò, sensim quantum-
vis & lentò motu, ut cum semine fæmineo aptè commiscerè
atque uniri possit, ad vas ejaculatorium derivari: ad uterum
verò proVectum, non statim in ejus cavitatem illabi, sed à tu-
nicis ipsius imbibi, easque emollire adeò & preparare, ut em-
bryo radices suas quasi in iisdem defigat, è quibus postea ali-
mentum attrahat; vel easdem ita disponere, ut succum nutri-
tium è vasorum uteri extremitatibus exsudantem per vaso-
rum chorii extremitates adsumat: uterò autem ad hunc mo-
dum preparatò, semen sive cõceptum paulatim incipere parie-
tes ejusdem deferere, sequè in cavitatem ejus conglobare, ovù-
que ibidem, sive primum fœtus rudimentum efformare. Ex *ibid.*
quibus denique colligit atque concludit, testes muliebres
constructos esse, non tantùm ad semē proprium conficiendum,
sed ad recipiendam sufficientem portionem seminis virilis:
quod cum suo semine permixtum, placidò lentòque motu per
vasa sua ejaculatoria deponant in uteri parietes, ut ex eò for-
metur fœtus.

§. XXXVI.

Pacem porrò & conciliationem partium disfiden-
tium quæsiit, & etiam promisit ante annos hos V. quidam
(ficti, an veri nominis, nescimus) Janus Orchamus, libel-
lò Coloniae Brandenburgicæ impressò, sub titulo: *De gene-
ratione animantium conjectura, observationi cuidam Har-
veanae, ne vetus pervulgataque omnium gentium opinio per
hanc concidat, submissa.* Hic veterem, pervulgatamque o-

mnium

pag. 3.

pag. 18. &
seqq.

pag. 46.

pag. 47.

omnium gentium opinionem esse (uti in titulo etiam posuit) persuasus, quod ab utroque parente proficiscatur, ex quo tanquam ex materia, fiat foetus, quodque adeo foetus ingrediatur substantiam, exponit prolixissimè rationes & experimenta, quibus illa probatur, auctoritates item, sacras tam, quam profanas: sicuti scilicet præter textus plures sacros adducit plurimas loquelas, antiquis & recentioribus, Hebraeis, Graecis ac Latinis, Oratoribus, Poëtis, Historicis, Philosophis, Medicis, Politicis atque Theologis usitatas, additò etiam longò Auctorum ipsorum ita loquentium & statuentium catalogò. Post hæc ait: Quoniam igitur vetus hæc & per-vulgata omnium gentium opinio est, semen animantium in ipsum uterum penetrare, indeque ut ex materia foetus fieri: quoniamque opinio ista ratione & experienciâ, imò ipsarum sacrarum literarum auctoritate nititur; nolimus propter istas clarissimi Harveii, quas supra recensuimus, observationes opinionem eam in dubium revocare, aut prorsus repudiare. Dispiciendum potiùs videtur, quomodo & observationibus Harveii sua constare fides, & nihilominus vetus illa & omnium gentium de semine animantium in ipsum uterum illabente, ex eoque, ut ex materia, pullulante foetu, sententia servari queat.

§. XXXVII.

pag. 48.

ibid.

Conjecturam autem suam antequàm edicat, præmittit, ut experienciâ certissimam, particulas aquæ vulgaris, cum adeo inter se cohereant, ut oculis conspici omninò possint, vi caloris ita à se invicem discedere, ut oculis non amplius conspici queant, deinde verò coire rursus, atque ita inter se coherere, ut oculis rursus appareant: ut quam naturæ vicissitudinem (ait) quotidie observamus, in balneis, in destillationibus pharmacopœorum, & quando aquæ vulgares vi caloris solaris
ita

ita resolvuntur, ut eas, dum in sublime feruntur, minimè animadvertamus, deinde verò in nubes, & aquas pluvias coeunt, ut ipsis oculis satis appareant. Dehinc quid velit tandem edicit. Quemadmodum igitur in aquis (inquiens:) aliisque liquoribus res se habet, ut vi caloris in minimas particulas resolvantur, atque ita conspici nequeant, mox verò rursus colligantur, & sub visum cadant: ita planè & in animantium uteris evenire existimamus, ut nimirum semen in uterum delatum vi caloris uterini in minimas particulas resolvatur, ut, si uterus aperiatur, nihil quicquam in eò appareat: aliquando post autem minima illa particula rursus colligantur, & primò mantica, (ab Harveo appellata) inque illà contento liquori, deinde ipsi foetui, materiam præbeant. Ex quibus quidpe explicari posse censet, non modò (ut jam audivimus) cur uteri primis post coitum diebus adpareant vacui? Sed &, cur iidem tunc majores, crassiores ac carnosiores fiant, caruncula item tumidiores & floridiores? Nempe quoniam semen in uterum delatum, majus requirit spatium, minimaque particula, in quas resolvitur, in ipsam ejus substantiam se insinuant per poros, atque ita ipsum carnosiores, carunculasque tumidiores reddunt. Adeoque concludit, hòc modò & observationibus Harvei suam constare fidem, & veterem per vulgatamque omnium gentium opinionem, (nam hòc titulò semper repetitò effert, quandocunque eam nominat) quod animantia, interque ea ipsi quoque homines, ipsò animantium semine, tanquam materià, nascantur, obtinere posse. Addit etiam, seminis resolutionem illam ac recollectionem in aliis animalibus longiori, in aliis autem breviori temporis spatiò esse circumscriptam, & in damis ac cervis quidem, uti Harveus observavit, aliquot hebdomadas durare, sed in homine, quamvis totidem mensibus, quot cervæ

F

ac

*ae dama, uterò ferat, æquè diu non durare, verùm mu'tò citi-
ùs absolvi, cùm observatum sit, paucis post coitum diebus abor-
tum fuisse factum, & aliquid ex uterò excidisse.* Id quod
ibid. & seqq. confirmat historiis aliquot ex Hippocrate, Galenò, & Feli-
ce Platerò collectis.

§. XXXVIII.

Atque hos sic omnes legimus in diversissimas partes
tractos ambiguè hæctenus certasse, & quosdam etiam in
hunc usque diem certare de veritatis adoreâ. Quibus
porrò & alii adceserunt, Nath. Highmorus Oxoniensis (a),
Lambert. Velthufius Ultrajectinus (b), Theophil. Vollan-
genus (c), Theodat. Osius, (d), Franc. Rhedus Patritius A-
retinus (e), Gerard. Blasius (f), ut & quos de *fœtu Musfi-*
pontanò extra uterum conceptò, triginta annos gestatò, tan-
demque lapidescente disceptantes produxit Cl. Laur. Straus-
sius (g), præterque istos Honorat. Maria Lautier, apud A-
qvenies Med. Doctor purpuratus, qui itidem *ejusdem pro-*
digii unius (uti describit) & *multiplicis, visi & incredibilis,*
rationes & mechanicam peculiari exposuit commentariò,
& (uti ipsemet jactitat) *felici reseravit stylò* (h). Non mi-
nùs enim & hi omnes novorum experimentorum ac do-
gmatum Harveanorum optumè conscii, disenserunt, hæ-
quidem ex parte, isti verò ex totò: nonnulli etiam novi
quid meditantes, sententias Veterum, Aristotelis vel Hip-
pocratis, speciosiori interpretatione proponunt, defen-
dendasque adsumunt. Quorum singuli quidem dicta
recensere, cùm longum nimis sit futurum, consultò inter-
mittimus, persuasi, à nullò proferri vel nova, vel quæ ve-
riora sint prioribus.

§. XXXIX.

Nuperrimè verò prodire quidam, verè novam opini-
onem

a) *Disquisit.
anat. corp.
hum. Lib. I.
Part. IV. cap.
IV. seqq.*

b) *Tract. de
generat. cap.
I. II. VI. &
seqq.*

c) *Dissert. de
Libert. Part.
II. cap. III.*

d) *Novar. o-
pin. sylvæ
cap. XL.*

e) *Experi-
ment. circa
generat. in-
sect. p. 25.
seqq.*

f) *Anat. con-
tract. Lib. II.
Part. I. cap.
XX. seqq.*

g) *Judic. ce-
leberr. Viro-
rum de eo, e-
ditis Fran-
cof. A. 1663.*

h) *pag. 9. &
seqq.*

onem propalantes, quosque ideò audire, majus erit operæ pretium. Dicunt hi, *in & ex ovò produci formarique hominem.* Atque dixit hoc primus Lugduni Bavorum, curiosiorumque ulteriori inquisitioni submitit Joann. van Horne, illustris Academiæ, quæ ibi est florentissima, tunc temporis Anatomicus, de studiis his optumè dudum meritis, *prodromò suarum circa partes generationis in utròque sexu observationum,* ad illustrem ROLFINCIIUM nostrum, (inclutæ Academiæ hujus decus immortale, quemque ob insignia, quibus excellit ferè supra humanam sortem, ingenii dona non injuriâ alterum in Germaniâ redivivum *Æsculapium* dixeris, diuque adhuc sanum ac saluum rei literariæ ut fervet Deus, precamur) *transmissò.* Eò enim de *testibus mulieribus* disserens, & *quid conferant,* quærens, respondet: *Plurimum profectò.* Et *pag. 8.* *proinde cum Hoffmannò non sunt habendi pro cadaveribus testium.* Imò ab ipsis totum generationis opus materiale dependet. *Quod enim est ovarium in oviparis, sunt testes muliebres, utpote qui perfectà ova intra se contineant, humore scatentia, & pelliculâ circumcincta, qualia ad huc domi ad serwo inflata.* Quorum quidem, præprimis quomodo intra uterum suscipiantur, & à semine virili actuentur, uberio-rem expositionem peculiari promisit tractatu. Sed hic ob ejus inopinum ac præmaturum obitum vel non fuit absolutus, vel hætenus subpresus. Effigiem interim ipsius sistunt quædantenus, & quasi delineant paucula, quæ citatò modò *prodromò* addidit: *Neque (inquiens) res ea* *ibid.* *tàm absurda videbitur, ut primâ fronte apparet, præsertim apud eos, qui tubæ uterine constitutionem nòrunt. Aperta enim est intra uterum, atque alterâ sui extremitate flatum, liquoremque infusum emittit, seseque expandit diductu sim-*
F 2 *briarum.*

briarum, instar orificii tubæ aeneæ. Porro magis etiam probabile erit hoc dogma iis, qui legerunt, aut observârunt aliquando, fœtum intra hasce tubas reperiri fuisse. Quod idem quoque præstat elegantissima Tabula, in ejus ædibus annô M. DC. LXVII. XXI. Januarii adumbrata, & non ita pridem ab Jo Schvvamerdamiô producta, ut quæ vasorum spermaticorum, testium sive ovarii, tubarum seu cornuum, cæterorumque vasorum ac partium uteri humani exquisita demonstratio proponitur, seorsim etiam locus ovarum, testibus ad huc conclusorum ostenditur.

§. XL.

Post hunc idem dixit annô proximè præteritô, (subpressô tamen Hornii nomine *primum Auctorem* se jactitans, quasi non per aliena vestigia incesserit, sed primus banc sciderit glaciem, indagandò in hominis formationem ab ipso, imò ante ipsum conceptionis tempus) Theodorus Kerkringius

*Ichnograph.
Anthropoge-
nia.*

itidem Batavus, Doctor Medicus ob anatomica ac chymica varia, quæ hætenus edidit, celeberrimus, dicensque adseruit, ut certissimum, & ipsis sensibus observatum.

Cap. I. pag. 1.

Nam inquit : *Quis crederet, nisi culter anatomicus id detexisset, in ovò hominum non minùs, quàm avium prima reperiri incunabula? Ex ovò enim homo producitur. Non credis? Ecce illa Tibi, figurâ primâ, (adjecit enim icones elegantissimas) prout nobis sæpiùs oblata fuerunt, expressa.* Unde & qualia vidit, describit, quæ locum natalem, magnitudinem, compositionem, partes, & omnes potentias vel qualitates sensiles. Reperiuntur ea (ait) in testiculis fœminarum, non tantùm earum, quæ per conjugii usum fœcunda sunt, sed etiam virginum: non secus ac fit in gallinis, quæ ova ponunt, etiamsi galli ignorent consuetudinem. Sunt autem (pergit) ova hæc pisi viridis magnitudine, intra istam

ibid.

pag. 2.

ibid.

latitudo

latitudinem, quæ pisorum determinat quantitatem, varian-
tia. Intus latet humor, qui, sicut aliorum ovorum albumen
& vitellus, dum coquitur, indurescit: sapore prædita sunt pe-
regrinò & ingrato: pelliculâ, vel pelliculis extrinsecus cir-
cumdantur, quæ, postquam in uterum prolapsa sunt, brevi tem-
pore extenduntur, & in amnion chorionque commutantur.
Tandem addit: Tàm conjugata, quàm virgines, hæc sæpissi-
mè ova excernunt, insensibiliter quidem, quia non advertunt,^{pag. 3.}
nec quicquam de iis suspicantur: sed, quod mihi ex relatio-
ne quarundam constat, sentiunt, dum reflectunt. Cum,
autem excreta sunt, paulò, quàm hic depinximus, sunt ma-
jora, nec, quia mollia sunt, & laxa, rotunditatem suam
servant, & si manu tractentur ac diducantur, membrana
manum sequitur. Sicut & subjicit historias aliquorum
sibi visorum, in quibus jam fuere fœtus, dierum trium,^{Cap. II. &}
quindecim, trium hebdomadarum, mensis unius, & sex heb-^{seq.}
domadarum, quorum omnium constitutionem secundum
singulas partes curiosissimè exponit.

§. XLI.

Et licet primum se hæc ova prodidisse ajat, monet ta-^{Cap. I. pag. 2.}
men, videri, ac si antè hæc ea animadvertent Gabr. Fallop-
pii sedulitas, ut qui in observ. suis Anatomicis dixit: Vidi
quidem in testibus mulierum quasdam veluti vesicas, aquâ,
vel humore aqueo, aliàs luteo, aliàs verò limpidò turgentes.
Similiter usum, quem ea in generatione præbent, ex Thomæ
Wartlioni de modo conceptionis opinione (à nobis superiùs
etiam recensitâ) explicat. Semen enim virile, (inquit) per^{§. XXXV.}
tubas Falloppianas circumductum, pervenit ad testes, & ibi^{ibid.}
cum ovo, eodem modo, ac in cæteris oviparis, mirâ quidem, &
hactenus non explicatâ, sed verà tamen ratione conjungitur:
atque ovum ita fœcundatum per vas ejaculatorium ad ure-^{pag. 3.}

rum transit, & intra spatium duorum vel trium dierum, ad
magnitudinem cerasi nigri majoris excrescit: contra, atque
existimat, non ideo minoris à me aestimatus Harveus, qui pu-
tat, in cavitate uteri post coitum proliferum per aliquot dies
^{ibid.} nihil deprehendi. Statuit interim, ea non esse semen, aut
quid simile, sed ipsa ova; & (quod subjicit) excretionem,
hanc potissimum inst ante purgatione menstruâ, aut aliâs sti-
mulante libidine accidere.

§. XLII.

Tertius, quem huic sententiæ subscripsisse vidimus, est
Regnerus de Graff, etiam Batavus, naturalium tam,
quam medicinalium scrutator diligentissimus, & ingenii
acumine præter ætatis morem (vix enim virorum annos
nunc transcendit) excellens. Hic enim tractatu novo, cur-
rentis anni hujus mense Februariò editò, *mulierum organa*
^{Cap. XII.} *generationi inservientia* describens, propugnat, *omnia o-*
^{pag. 181.} *mnino animalia, adeoque ipsos etiam homines, ex ovis, an-*
te coitum in mulierum testibus existentibus, originem sumere:
^{pag. 185.} *generarique ac perfici hæc in testibus, eodem planè modò, quò*
vitelli in avium ovaris solent, quatenus scilicet per arterias
preparantes sanguis ad testes adfluens, in membranosâ illo-
rum substantiâ materiâ iis generandis ac nutriendis idone-
am relinquit, reliquis humoribus per venas preparantes, aut
^{pag. 182.} *vasa lymphatica, ad cor redeuntibus: & variare multum,*
pro variis animantium generibus: in cuniculis quidem e. g. &
leporibus vix raris seminia quantitate excedere, sed in porcis
ac ovibus ad pisi magnitudinem plerumque adcedere, in vac-
^{ibid.} *cis amplitudinem cerasi quandoque superare: maximam et-*
iam in iis mutationem facere animalium ætates, & coitus,
dum in junioribus animalibus sunt minima, at in provecio-
ribus maxima evadunt, & post coitum ita immutantur, ut
glo-

globulos, glandularum conglomeratarum ad instar, ex multis ^{pag. 177.}
particulis à centrò ad circumferentiam rectò quasi ductu ten-
dentibus, conflatos, & proprià membranà obvolutos, referant,
unum aut plures, prout animalia unum pluresqve foetus sunt ^{pag. 182.}
enixura: quin tàm copiosa adesce, ut in unò testiculò quando- ^{pag. 183.}
qve viginti & plura sint numerata, limpidissimò liquore tur-
gida: similiter & quò colorem variare, atqve in vaccis flava,
in ovibus rubra, in aliis cineritia videri: esseqve hæc sic ^{pag. 178.}
(quod addit) ova appellata à Clariss. Hornio, sed nomine ^{pag. 179. &}
vesicularum, sinuum, vesicularum bydatidum, aliisque jam ^{180.}
dudum descripta ab Andr. Vesalio, Gabr. Falloppio, Volcherò
Coiterò, Andr. Laurentiò, Rodericò à Castrò, Jo. Riolanò, Th.
Wartbonò, Dominicò de Marchettis, & aliis.

§. XLIII.

Talismi inquam ova, ut primordia generationum,
uti universim omnibus animalibus, vulgo viviferis dictis, sic
seorsim & nobis adserit citatus Auctor. Quæ ipsa veluti
ex sanguine ab arteriis preparantibus advectò intra testicu-
lorum membranas fieri statuit, (quemadmodum modò ejus
verbis memoravimus) ita semen aliud fœmineum dari, aut ^{Cap. XIII.}
ad generationem conferri negat, probans potiùs omnia, quæ ^{pag. 200.}
de genitalium gallinarum, & modò generationis ovorum atq;
pullorum proposuit Harveus; illum verò liquorem, quem fœ-
mine in coitu, aut libidinosi cogitationibus emittunt, quem ^{ibid. pag. 212.}
qve vulgo semen esse credunt, ait erumpere primariò ex lacu-
nis in vagina & meatu urinarii orificiis collocatis, secunda-
riò autem ex meatibus in uteri collò copiosè existentibus,
conferentibus simul aliquid poris in vaginà ac uteri parte
internà conspicuis, adeòqve nec formaliter, nec materiali- ^{pag. 214.}
ter ad generationem conducere: cum aliàs Natura eum
non in vagina orificium, sed in uteri cavitatem derivasset.

Quæ

ibid.

Quæ omnia ratione tam, quàm experientia probat, confirmatque etiam illis Galeni verbis, quibus dixit, *fœminam, cum masculo frigidior sit, incoctum & tenuem in parastatis humorem habere, ut qui nihil ad generationem conferat, sed extra uterum effundatur.*

§. XLIV.

Cap. XIV.
pag. 238.

pag. 239.

pag. 243.

ibid.

pag. 244.

Similiter & de genitura vel semine maris sententiam suam ferens, inquit, *equividem merito dubitari, an illud in coitu emissum ad uterum pertingat, quandoquidem ejus cervix in variis animalibus talem constructionem obtineat, ut ad crassiorem seminis portionem excludendam potius, quàm admittendam, efformata videatur, idque propè macellum habitantes in ovibus, vaccis, & aliis quibusdam animalibus indices conspiciere possint: (licet quæ easdem has vaccas ac oves, itemque cuniculos, lepores, & etiam mulieres, contendat, tubas ita efformatas esse, ut masculinum semen, dummodo ad uteri cavitatem pertingat, admittere possint, quodque reverà admittant, videri ipsam experientiam confirmare) at tamen, sive adscendat, sive non adscendat, certum esse, quod per crassissimam testiculorum tunicam ad ova pertingere nequeat, indeque nos necessario pro horum fœcundatione ad auram seminalem debere recurrere, parùm verò, aut nihil omninò referre, sive aura illa ex tubis, sive ab uterò, aut vagina ipsa proveniat. Et pergit: Hæc ne utiquàm paradoxa videbuntur, si consideretur, quomodo ova in gallinis ac reliquis avibus fœcundentur. Incredible enim apparet, modicum seminis, quod gallus in momentaneò illò compressionis tempore in vaginam effundit, per uterum, & anfructuosum ovi ductus tubum (in gallina fœtente admodum latum, tribusque nostratium ulnæ quadrantibus longiorem) ad ova pervenire ac fœcundare posse, nisi ad auram seminalem recurramus.*

ramus. Quod idem in antecedentibus etiam, ubi specia-
tim de *ovis gallinaceis* agit, ex Harveo ac Fabricio ab Aqua- Cap. XIII.
pag. 202. seqq.
pendente adserit, eorumque testimoniis confirmat.

§. XLV.

Cum autem certum sit, *ova haec*, siquidem sunt gene-
rationis primordia, *ex testibus in uterum ferri debere*, (hoc
enim, non illis contineri gerique foetum constat) arduum, Cap. XIV.
pag. 245.
quidem putat *determinare*, quâ ratione iste motus contin-
gat, quod *ocularis inspectio* difficultates, quae occurrunt, vix
enodare valeat; iudicat tamen, *prodire illa jam foecundata*
partim vi testium, quatenus excrecente, & sensim auctâ in-
ter membranas, quibus obvelantur, materiâ quasi glandulosâ,
ipsa, eâ tota involuta, undecumque comprimuntur, tandem-
que per foramen in sui mediò conspicuum expelluntur; par-
tim etiam peculiari sui dispositione, ut quâ faciliè propulsioni
cedant: adeoque sic propulsa atque exclusa excipi tubarum, pag. 248.
extremitatibus, & in uteri cavitatem inferri. Nam (inquit)
hoc ita fieri iudicamus, quia ut plurimum in brutis tubarum, pag. 249.
extremitatem testiculos tam accuratè complectentem inveni-
mus, ut, quidquid ab his prolaberetur, necessariò in tubarum
capacitatem incidere deberet. Quod tantò liberius adseri-
mus, cum in variis quadrupedibus extremam tubarum ex-
pansionem ejusmodi, ut oviductus infundibulum, quod in
avibus vitellos excipit, efformatam offenderimus. Unde
etiam pro ridiculò habet, quod quidam volunt, tubas istas pag. 254.
uteri spiraculorum aut caminorum vicem gerere, per quos u-
teri fuligines in cavitatem abdominis exhalent, aut foetus in
uterò respiret. Ex adversò verò adserit, esse eas tam in, pag. 255.
mulieribus, quàm omni foemellarum genere, vera vasa defe-
rentia, aut, si mavis, oviductus, quatenus per ipsas ad uterum
testiculorum ova traducuntur.

G

§. XLVI.

§. VLVI.

Cap. XII
pag. 183.

Disp. Inaugural. de Ca-
tarrh. addi-
tam. III.

Præter hoc qui publicis scriptis idem dixerint, non-
dum quidem innotuere. Refert tamen ipse Graafius, Ni-
col. Stenonem *invenisse ova diverse magnitudinis in da-
mis, porcellis Indicis, taxis, cervis, lupis, asinis, mulis etiam,
aliisque.* Similiter D. Ern. Brunchorst Hannoveranus,
amicus noster singularis, testatur, *nuperrimè præteritò Apri-
li se Lugduni Batavorum vidisse ova in testibus puellæ XX. an-
norum demortuæ, & à Nobilis. D. Sylvio in Nosocomio publi-
cò cultrò anatomicò dissecta.* Quin etiam in Germaniâ
plures curiosos *talia, quæ Kerkringius describit, à mulie-
ribus virginibusque ejecta observasse, ex literis ad se per-
scriptis memoravit Amplis. Dn. Præses lectionibus de bo-
mixis generatione non ita pridem habitis.* Ut hinc quidem
fatis constet, sententiam hanc vix dum natam, orbiq; lite-
rario cognitam, complures reperisse non adprobatores
modò, sed & Patronos, plenè licet & quæ singula in eorum
historiâ occurrentia non ἐμψήφως.

§. XLVII.

§. XXIV.
Exercit. LXII
& passim.

Sicuti verò, quibus discrepet novissima hæc senten-
tia ab iis, quæ vel ex *utriusque sexus seminibus*, vel ex *sau-
gvine menstruò in uterum profusò* conceptum fieri tradide-
runt, est evidentissimum, sic differt non minùs à reliquis,
quas adduximus, ipsâ etiam Harveanâ. Adseruit enim,
§. XXIV. Harveus quidem, (ut superiùs monuimus) *in quòvis ani-
mali viviparò generationis primordium esse ovum*, quin
contendit, *ovum esse primordium commune omnibus anima-
libus*, atque tam *conceptus*, quàm *vermes*, quos Aristoteles
vocavit, *esse ova quædam.* Unde & rejicit tritam distin-
ctionem illam, ab Aristotele adlatam, quæ *animalium alia
vivifera, alia ovifera, & alia vermifera* dicuntur. Si, (in-
quit)

IV. IX ?

quod) prout res ad sensum se habet, distinguere liceat, partus ^{ibid.}
dua solum sunt species. Siquidem omnia animalia aliud a-
nimal vel actu pariunt, vel potentiâ. Quæ actu animal pa-
riunt, vivipara dicuntur; quæ potentiâ, ovipara. Quodlibet
enim primordium potentiâ vivens, nos cum Fabriciò ovum,
appellandum judicamus, verumque Aristoteli dictum ab ovò
minimè distinguimus: tum, quia ad oculum sic apparet; tum
etiam, quia rationi id videtur consentaneum. Primordium
enim vegetale, quod potentiâ vivit, est etiam potentiâ animal. <sup>Exerc.
LXIX.</sup>
At verò veluti viviferorum $\kappa\upsilon\eta\mu\alpha\tau\alpha$ sive conceptus nomine
ovorū ideò saltim vocavit, quod horum definitio iis optu- ^{§. XXIV. seqq.}
mè competat, sic ex superioribus itidem abunde constat,
ubi, quando, ex quò, & quomodo incipere ac cōsistere istos con-
ceptus voluerit. Hornius autē, Kerkringius, Graaffius, & qui
cū iis faciunt, ova sua ferunt in testiculis oriri, indeque
per tubas Falloppianas in uterum excerni. Ubi dum ite-
rum nec has vias agnovit vel concessit Harveus, profectò
patet, quod ejus & nuperrimorum, quos diximus, de ovis
his doctrinæ eadem neutiquàm sint, sed maxumè diver-
sæ: uti id etiam fatetur atque monet ipse Graaffius, statim
prefatione suo tractatui additâ.

pag. 2.

§. XLVIII.

In hâc jam opinionum multitudine & varietate,
quid tandem dicendum? Certè dijudicare eas, & certi-
quid definire, utut aliqui fortè intermissâ prolixâ delibe-
ratione statim ausint, tam facilè tamen neutiquàm videbi-
tur, ubi cogitaverimus, dissensum atque litem esse inter
ipsum ex antiquis principes, & à quibus omnes ferè doctri-
nas Philosophicas atque Medicas accepimus: nec nudis
decertari verbis, sed validissimis & invictis (uti plurimis
videntur) rationibus, manifestissimisque experiētiis. Ita

G 2

namque

Lib. I. de Sem.
cap. II.

§. XXXIII.
& XXXVI.

a) §. XXIII. &
seqq.

b) *disquisit.
de generat.
animal.*

c) *Tract. de
femine.*

d) *Lib. de ge-
nerat. hom.
Instit. Medic.*

e) *Comment.
in Libb. Gale-
ni de usu
part.*

e) *IX. de ani-
mal. cap. I.*

I. de nat. de-
or.

namque disputationem suam auspicatus Galenus: *Etiam si quis in hoc me reprebendat, fatebor tamen, quid mihi in tota vitâ facere contigerit. Nemini unquam, qui talia, quæ sub experientiam meam cadere poterant, mihi narraret, fidem adhibebam prius, quam etiam ipse ea, videlicet, quæ poterant in meam experientiam cadere, fuissem expertus. Qui etiam in progressu semper provocat ad experientias, sive (ut ipse vocat) τὰ ἄλλα τῶν ἀναλογικῶν ἐμπειρῶν φαινόμενα, ea, quæ ex dissectionibus evidenter apparent. Et, ut superius memoravimus, recentiorum ei subscribentium multi addunt porro communem omnium gentium consensum, testimoniaque sacrarum literarum. Quibus tamen omnibus nihil moti alii producunt itidem rationes, auctoritates, & experientias contrarium loquentes. Quod veluti de recentissimis, quos pariter superius allegavimus (a), itemque de D. Georg. Frider. Rallio, Medico Stetinensi, qui singulis Orchami personati verbis respondit (b), clarè constat, sic patet non minùs de illis, qui hæcenus Aristotelicas defenderunt partes, præprimis autem de Cæsare Cremoninò (c), & Casp. Hofmannò (d). Quin de Galenò, Aristoteli tam audacter insultanti, iudicium hoc jam olim tulit Avicenna (e), ipsi libri de semine conscribisse, dum peritia natura adhuc rudis esset; item, putasse se aliquid dixisse, cum tamen nihil dixerit, & licet multum sciverit de ramis, ignorasse tamen radices scientia. Quis ergò inter tot tantosque Doctores iudicium interponere facile fuerit? Harum sententiarum quæ vera sit, Deus aliquis viderit: quæ verissimilima, magna questio est; rectius quis cum Cicerone hæc dixerit.*

§. XLIX.

Nobis quæ in obscuro & fallaci negotiò hoc (ita enim
non

non ineptè fortean cum doctissimò Nicol. Hobkeniò Ul-
 trajectinò appellaverimus) sit mens animi, ut brevisimis
 eloqvamur, primùm statim recordamur elegātissimorum
 verborum Senecæ, quæ dixit, veterum de *causis terra mo-*
tuum opiniones ubi examinavit. *Illud* (inquit) *ante o-*
mnia mihi dicendum est, opiniones veterum parùm exactas
esse, & rudes. Circa verum adhuc errabatur. Nova omnia
erant primò tentantibus: post eadem illa limitata sunt: & si
quid inventum est, illis nihilominus referri debet acceptum.
Magni animi res fuit, rerum naturæ latebras dimovere, nec
contentum exteriori ejus conspectu, introspicere, & in Deo-
rum secreta descendere. Plurimum ad inveniendum contulit,
qui speravit, posse reperiri. Cum excusatione itaque vete-
res audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit.
Nec in hac tantùm re omnium maximâ atque involutissimâ,
in quâ etiam, cum multum actum erit, omnis tamen ætas,
quod agat, inveniet, sed in omni aliò negotiò longè semper à
perfectò fuere principia. Talismodi enim sunt reverà
 non modò opiniones hæ veterum de nativitatibus nostræ
 materiâ, sed ipsum etiam hoc *argumentum maximum ac in-*
volutissimum jure vocatur.

§. L.

Putamus autem (I.) etiam si, ceu superiùs (a) exposuimus,
 uterque parentum sint generationis principia, ab iisque o-
 mninò habeat proles suam essentiam, attamen ex solâ ma-
 tre venire materiam, ex quâ producitur, ex geniturâ verò à
 patre collatâ, tanquàm ex materiâ, nihil fieri. Quod cum
 contra antiquos quosdam statuerit Aristotes, ei hòc ipsò
 toti adcedimus, propter rationes ab eò adlatas (b), uberius-
 quæ expositas ab Avicennâ (c), Averroë (d), Albertò Ma-
 gnò (e), Petrò de Abanò (f), Andr. Cæsalpino (g), Cæsa-

*Epist. ded. anat. secur-
 dinar. hu-
 man. promiss-
 sã.
 Natural.
 q& est. Lib. VI.
 cap. V.*

a) §. XII.
 b) l. cit. §. XIX.
 & passim.
 c) l. cit. & Lib
 I. fen I. doct.
 V. cap. I. fen
 III. cap. sing.
 Lib. III. fen
 XX. Tract. I.
 cap. XX.
 d) II. collige t.
 cap. X.
 e) Lib. XV.
 de animal.
 Tract. II. cap.
 VIII.
 f) different.
 XXXVIII.
 g) Q& est.
 Perip. Lib. V.
 Q& II.

h) *Tract. de
sem. cap. I.
& II.*

i) *Libb. de ge-
nerat. hom.
II. cap. XIII.
XV. XVII.
XIX. Lib. III.
cap. II. VI.
VII. XII.*

k) *I. de gene-
rat. animal.
cap. XX*

re Cremoninò (b), Casp. Hofmannò (i), & aliis plurimis. Quæ enim quæso ejus erit necessitas, si conceditur (uti quidem conceditur ab omnibus) *materiam generationis dari à fœminâ?* Siquæ certum est, *non in omnium animalium generibus mares immittere in fœminas semen sive genituram, sed quosdam saltim, uti Aristoteles (k) describit, ὑγρότητα καὶ δύναμιν, εἰς φέροντα & θήλεα τὸ δεκτικὸν & ἀέρμαλα*, humorem virtutemque, fœminâ immittente partem seminis suscipiendi capacem? Quibus adcedunt, quæ de viarum, per quas semen invehendum esset, angustiis ac obturamentis, de ipsis item uteris à semine semper vacuis, deque seminum, positò etiam, quod in uteros recepta fuerint, quantitate minore, ac quæ constitutioni conceptuum, vel partium fœtus sufficere possit, recentiores adnotârunt, & mox, ubi de semine fœminicò vulgò dictò, feremus sententiam, seorsim urgebimus.

§. LI.

(II.) Putamus, *id, quod matres subpeditant, non esse semen, ex earum testiculis excretum.* Quod cum pariter dixerit Aristoteles, etiam in hoc ipsi consentimus. Idque facimus tum propter ea, quæ ipse attulit, tum & quæ addiderunt recentiores, quorumque summam (ne justò prolixiores simus) paucis his exhibemus: *non omnes fœminas, etiam quæ fœcundæ sunt, ac concipiunt, (nam steriles ultrò excipimus) emittere vel habere tale semen: neque id in uterum excretum unquàm conspici; neque, si adesset, sufficere ad conceptus, fœtusque partium productionem: neque etiam ullam adparere ejus ad generationem instituendam vel absolvendam necessitatem.* Quæ omnia scilicet vera si fuerint, sat momentosa esse, ut singulum etiam solum, probandæ thesi, quam adseruimus, sufficere possit, nemo, spera-

*Id. de generat.
animal. cap.
XIX. & XX.
Vide supra
§. XX.*

speramus, ambiget. Veritatem autem omnium atque singulorum satis putamus esse expositam iis, quæ superius propriis ipsorummet Auctorum verbis recensuimus, quæque facili negotio contra omnium contradictiones poterunt defendi. §. XXIII. seqq.

§. LII.

Etenim (ut hæc clarius paulò edicamus, simulque potiora aliqua hîc cum primis attendenda enumeremus) quis credet tam facilè, quod tradunt antiquæ opinionis istius Patroni, *ex mistis seminibus consistere conceptum, si illa in uterò non visuntur?* Si orificii uterini, per quod iis trans-eundum esset, *tanta est angustia, tantaque constrictio, ut ne quidem inflatus aër videatur penetrare?* Si conceptus corpus, uti etiam ab ipsismet describitur, *vel centuplò majus est seminibus, quæ excernuntur, ut quorum quantitas* (dicente rectissimè Olaò Rudbekiò) *ne quidem uni vertebrae constituenda sufficit?* Si ex unò coitu sæpè duorum, trium, pluriumque foetuum fit generatio? Quemadmodum scilicet in hominibus non rarò observatum fuisse, historiæ testantur, in brutorum verò pluribus generibus cotidiana probat experientia. Quin, si Hieronymi Fabricii ab Aquapendente verbis credendum, *dummodò gallina per unam alterumve diem gallo fuerit commissa, ex exiguo illò tempore succedit ovorum fœcunditas, per totum illud anni tempus.* Quod quidem licet minùs probabile videatur, verissimum tamen est, quod adnotavit Anton. Everhardi, *unicò galli congressu tria, in gallinis vulgaribus, in Africanis autem triginta, & plura fœcunda esse facta.* Quantula jam quæso hæc esse deberent, si ex semine essent? *Insid. stru- Etis duct. be- Pat. pag. 70.*

§. LIII.

Elidimus verò his, & rejicimus prorsus (i.) quæ ferunt

runt vulgò de *feminum emissione simultaneâ*: quasi nempe *simul exire, seqve mutuò excipere debeant maris ac foemina semina*. Quod quomodo intellectum velint varii, videri potest apud Andr. Laurentium (a), quibus consiliis verò conceptionem appetentibus conjugibus à Medicis procuratur, apud Jasonem à Pratis (b). Sic enim profectò rariores essent conceptiones, ac esse experimur. (2.) Quæ tradunt itidem tum de *feminum per ipsum marium penem in matricem injectione*, ut quam omninò fieri, & esse necessariam, ex aliis recentioribus disertâ literâ Petrum Gasendum adseruisse legimus, (quod in eò quidem non sine causâ miramur, quod ipsum, aliàs Doctorem Mathematicum, & placitorum Aristotelicorum censorem rigidissimum, semper exactissimas demonstrationes exigere videamus: quales profectò hîc minimè deprehendet) intendere verò etiam suspicamur Honoratum Mariam Lautier, dum de *semine foemineò* disserens, auctoritate Galeni adfirmat, *illius partem per vasa deferentia in uteri lateribus inter membranas ad interni oris finem usque ad cervicem excurrentia excretam, facere ad dicti oris interioris reserationem, membrique virilis commodiorem admissionem; tum deinde de illorum in matricis cavum adsumptione, ejus vel calore, vel peculiari potentiâ*: quasi nempe (quæ Galeni verba sunt) *uterus qualitatem seminis affectans, totus ei obviam feratur, atque ad penem adcurrentes, collò ac gulâ suâ tanquàm manu utatur, quâ id intrò compellat*. Si enim hæc fuit naturæ intentio, sique eò defertur semen, cur non conspicitur? Cur tam arctè potiùs conclusit ab obturavit illa soepè dictas vias? Sicuti quidem non modò de *mulierum*, sed & *plurium generum animalium uteris* adseruit Harveus, atque licet non in *singulis*, attamen

in

a) *Hist. anat.*
Lib. VIII. cap.
IV. & con-
trov. XI.

b) *Lib. I. de*
uteris cap.
VIII.

Phys. Sect.
III. membr.
poster. Lib. IV
cap. III.

loc. cit. p. 11.

L. de Sem.
cap. IV.

in plurimis clarè docet *αὐτοψία*. Et sic ἐν χειρῶν Excel-
lentisf. Dn. Præsidis conspeximus nuper non unò exemplò,
in cuniculorum quidem uteris bina patere foramina ex vagi-
nâ in fundum sive cavum, at in ovibus, vaccis, & canibus
nec stylum, nec setam, nec aërem (nisi violentiam adhibere
voluerimus) penetrare.

§. LIV.

Nec minùs (3.) elidimus atque rejicimus, quibus
negligentiâ insimulare accusareque aliqui (a) Harveum in-
tendant. Dicimus verò potiùs cum Deusingiò (b): Quid ce-
leberrimo illi Viro, quid felicissimo Naturæ scrutatori oggan-
nis? Quid observata illius in dubium vocas? Vel auctorem
ipsum mala fidei arguis? Ut & (4.) quæ pro semine fœmi-
næ adfert Deusingius (c), pro masculò verò ad tubas raptò,
ibique consistente Bartholinus (d), & Tillingius (e), proque
eòdem ulterius ad testiculos provectò, Warthonus (f), item
que Kerkringius (g) & dubitanter etiam Graffius (h), sive
adfirment, sive negent, id simul materiam conceptuum aut
ovorum esse. Neque enim fidem huic facere poterunt ob-
servatione Falloppianâ, quam allegant (i). Præterquàm
enim quod nec ipse Fallopius dixerit (k), semen id fuisse
masculum, atque ex coitu attractum, neque, fuisse reverâ qui
suspiciantur, simili observatione probare possint: non in-
juriâ fortè regesferis hic illud Aristotelicum (l): μία
χειρὶδὼν ἕαρε ἔπει, ἔδὲ μία ἡμέρη. Una hirundo ver non
efficit, nec una dies. Porro etiam (5.) quæ Orchamus
comminiscitur, utpote quæ antiqvâ Anaxagoreâ, Demo-
criteâ, sive Epicureâ de corporum compositione ex atomis
traditione (quarum singula quidem qualis moneta sit, ex
solidioris Aristotelicæ Philosophiæ doctrinis satis constat)
ut fundamento nixa, aptissimè ridiculo Eubulidis somnio

a) Vide §.

XXXIV.

a) Vindic. fœ-

tus extra

uter. gen.

sect. IV. p. 77.

c) Vide §.

XXXII.

d) §. XXXIV.

e) ibid.

f) §. XXXV.

g) §. XXI.

h) §. XLIV.

i) §. XXXIV.

XXXV.

k) Observat.

anat. cap. de

uterò, p. 421.

l) I. Eth. Ni-

comach. cap.

VI.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Vide VI. Phys.

cap. I. & II.

de generat.

& corrupt.

cap. I.

H

com-

comparati, inaeque quoad eruditum hominis conjectura esse potuerint, ferè incredibile videri, enucleatissimè exposuit Excellentiss. Dn. Praeses modò laudatis discursibus de hoc argumentò institutis. Quomodo enim quæso (ut duo hæc saltem nunc quæramus) demonstrabit opinator, semen in coitu profusum & resolutum, eam humorum copiam fundere, quâ & uterus in molem tantam, quantam Harveus describit, possit distendi, & etiam (nam non penitus depletur ac subsidit hic) conceptus constitui? Quomodo etiam, humidum conceptus colore, odore, sapore, & consistentiâ convenire cum semine? Hæc si explicuerit, quæremus plura.

§. LV.

Libb. de se-
mine.

a) l. cit.
b) locis cit. &
Lib. de locis
affect. con-
tr. VI.
*§. LXXXIII
& seqq.

Omnia inquam hæc elidimus, ut quæ neque ratione, neque experimentis (ut par erat) demonstrata, dicta saltem videntur ad Auctorum placitum. Nam ut omnibus quidem viribus laboraverit olim Galenus, quò veterum causam contra Aristotelicæ Scholæ contradictiones defenderet, idemque egerint etiam posteri, & agant hodieque, qui iis vel ex totò, vel ex parte consentientes, *seminum mixturam* istam profitentur, incassum tamen profectò laborabunt omnes, nisi sensuum testimonia sibi suffragantia habuerint. Pluribus de hoc egerunt, & quibus hi tum fefellerint, tum & ipsi falsi fuerint, optumè notaverunt nobis hæcenus soepissimè laudata recentiorum Peripateticorum biga, Cæsar Cremoninus (a), & Casp. Hoffmannus (b), quos veri cupidus Lector potest consulere, iisque jungere *disputationem de materiâ generationis animalium ante annos VII. sub Ampl. Dn. Praesidis nostri moderamine habitam**, in quâ Galeni argumenta & experimenta singula justâ prolixitate propriis ipsius verbis recensita, exposita, & ad veritatis stateram expensa deprehendet. Quorum adcuratissi-

tissimis dictis quidpe nos nunc meritò adquiescimus, tum quod nihil nòrimus, quod addi queat, tum & quod de unò argumentò hòc non liceat nobis esse prolixioribus, sed potiùs ad cætera, quæ expedienda restant, tandem sit trans-eundum.

§. LVI.

Ea tamen, antequàm hanc pro *seminum utriusque sexus concursu & mixtione* depugnantium Auctorum classem lin-quamus, placet addere, quæ ad semovendam suspicionem de *istorum quantitate minore, ac quæ ad formandas partes foetus possit sufficere*, excogitasse ac protulisse legimus quos-dam, seculò quidem præteritò Laurent. Joubertum Del-phinatem, & Constantium Varolium Bononiensem, nu-perrimè verò etiam Martin. Bogdanum Marchicum. Hic scilicet suprà allatis verbis Rudbekii responsurus, ita: *Non putas, (ait) fieri ex semine, quod vertebram non aequat copià, tantum animal, aut ex minimò arboris apice excrescere tan-tam arborem. Nec potes credere, qui quantitati omnem efficiam tribuis, & adeò crassè philosopharis, ut magis sis à φιλοσοφώτατοι καὶ ἀμύστοι, quàm Bavius. Agedum, exem-plis id illustrabo, & indicabo, simul in his natura pedissequam esse artem. Vanoccius Biringuccius in suà pyrotechnià scri-bit, si pulveris vitrati unum granum accendatur, requirere hujus fumum spacium pro 125000. granis. Simili modo teri-tur moschi aut alicujus plantæ odoratæ granum, hoc totum conclave suavi odore replet, & majus requirit, quàm forsan omnis moschus, qui toto anno colligitur. Frustum fermenti massam cujuscunqve molis penetrat, & acore suo inficit. Ratio autem horum est, (pergit) quia beneficio ἀνεπίστευτης masse harum rerum in atomos innumerabiles resolvuntur, & materialiter quævis locum occupant, in quò sensus affici-*

§. LII.
Apolog. pro
Cassio lym-
phat. Barthe-
lin. § 50.

H 2 unt.

ibid.

unt. Si enim gustaveris panem, necessario dixeris, hic esse fermentum. Sed quam pars id sit, explicare non vales. Eadem verò productioni corporum ex seminibus adplicaturus, inquit porrò, tale corpus esse etiam semen, nempe ex innumerabilibus atomis, ab omnibus corporis partibus ex mente Hippocratis revulsis, sive vi testium attractis, compositum, hasque deinde juxta Aristotelem ἀγαλιέδωι καὶ πρὸς ματῆ-
δωι, & in generatione beneficio motus Hippocratici, seu intrinseci spiritus, suum debitum locum acquirere, certas partes determinare, & magnitudinem, ob subpeditatum ali-
mentum.

§. LVII.

Anatom. Lib.
IV. cap. V.

Rudent. act.
IV. sc. III. &
Thorm. act.
I. sc. I.

ibid.

Hæc satis speciosè Bogdanus. Sed Varolius concedens, quin ipsemet pervidens, seminis paucillulum, (ut Comicorum utamur voce) quod parentes conferunt, ad totum foetus corpus constituendum non sufficere, ex experimentis anatomicis tamen edoctus, foetus dierum viginti confusè figuratos, grani hordei, & dierum quadraginta formatos distinctè, apud magnitudine esse, (quales scilicet sibimet ipsi visos commemorat) colligit hinc & adserit, (nam hoc procul dubiò intendit) primo quidem ejus corpusculo formando, quod minimum est, sufficere quantitatem excretorum seminam, sed pro hujus augmentò adferri semper novum semen ex matris corpore. Ita enim inquit: Ut autem post primam copulam agentis cum materiâ possit etiam ad foetum ea seminis copia adcedere, quæ illi sufficeret pro integrâ figuratione, à loco, unde semen muliebri prodit, duo vasa capillaria, & vix sensibilia prodeunt, quemadmodum duobus foraminibus semen uteri cavitationem ingreditur, quæ in extremitatibus hujus coaguli, & in posteriorem ejusdem partem inseruntur. Quæ ipsa vasa etiam, nemini prius cognita, sed
à se

à se primò observata, clarioris doctrinae gratiâ appellari posse putat radices dorsales foetus, eò, quod in posteriorem ejusdem partem, quæ dorsum futura est, implantentur. Joubertus denique tradit, partes corporis, quæ seminis modò candida & exsangues adparent, atque receptò loquendi modò spermatica, à Galenò etiam solida appellantur, quemadmodum constiterunt sive composita fuerunt ex semine, sic etiam ex semine nutriri. Id quod probat tum auctoritate ipsius Galeni, (ex cujus scriptis plures adducit textus) tum & hâc ratione, itidem Galenicis doctrinis fundatâ, quod, quoniam in effluxa substantia locum nova ejusdem generis restituitur, nutritio sit quædam particularis generatio. Qui quidem dum nutritionem vult esse ex semine, omninò etiam ex eòdem augmentationem fieri, adeoque continuò novam seminum copiam confluere, adserat oportet, cum omnibus vulgò consentientibus augmentatio atque nutritio solò λέγω differant, & habeant eandem communem materiam.

§. LVIII.

Verùm nec hæc, quàm speciosa etiam videantur, morari aut divertere nos poterunt. Etenim ut taceamus, Joubertum pluribus falsis niti, quæ examinare hujus loci non est, non videtur ipse velle, (quod tamen in præsentì unicè quæritur) ex semine parentum, sive à parentibus collatò, nutriri & increfcere foetus corpus. Ait enim expressè, alimentum, quò fit nutritio, prius seminis naturam induere, ei non dissimilem, ex quâ dictæ partes spermatica fluxerunt, atque tunc, quando nativi caloris operâ vis formatrix sive assimilatrix id exsiccarit induravitque, fieri ossis, vel cartilaginis, vel alterius portiunculam. Varolium autem deserit prorsus ad sensus anatomes & Anatomicorum, dum li-

H j

cet

ibid.

Paradox.
dec. II. para.
V. pag. 416.
seqq.

I. de sem. cap.
XI. XII. XIII.
& XVI.

l. cit. p. 418.

Anat. parv.
naturalium
Part. II. §. 47
Histor. fxt.
extra uterū
geniti consid.
sect. III. §. 81.
Genes. Mi-
crosc. Part. I.
sect. I. §. 26.
Cyr. se-
cunda. sect. II.

cet plures quidem has ab ipsō descriptas *radices dorsales* *fœtus* referant, nemo tamen, quantum sciamus, adprobat, nisi unus fortè Antonius Deusingius. Quamquàm nec hunc adfensisse planè, possumus credere, cum Varolii doctrinam allegans, non *illas radices* nominet, sed saltim velit, *fœminis muliebris fœcundi partem ad uteri tubas ferri*. De quò interim iudicium peritioribus aliis commitemus. Quod autem ultimò Bogdanum attinet, hunc vel ipsa exempla, quibus utitur, falsi convincunt, ut quæ maxumè dissimilia sunt, & ad præsens impertinentia: ut inde aptius profectò ipsitàm ineptè disputanti quis dixerit, quæ ipse Rudbekio sine causâ objicit; vel etiam tritum illud regesserit: *Allium adferre debebas, & adportas capas*. Veritatem hujus censuræ quisque, speramus, modò absque præjudiciis illam consideraverit, facilè videbit atque fatebitur. Ergò etiam hæc, ut *ἀλόγως* dicta, elidimus.

§. LIX.

Sed ut has Doctorum concertationes tandem mittamus, putamus III. e quidem probabilissimum videri, *sanguinem fœminarum esse generationis materiam*. Nam, ut constat, & apud omnes in confessò est, ille (1.) *redundat in fœminis*; (2.) *redundare incipit, quando pubescere hæc incipiunt*; & ex adversò (3.) *desinit, quando facultatem generandi amittunt*: simili planè modò, ac in maribus pariter cum annis fœcundis & incipit, & desinit genitura; itemque (4.) *manifestis viis in uterum effunditur*; & (5.) *uti excernitur stans temporibus, quando uterus est vacuus, nec lactat fœmina, sic protinus, ubi ex concumbente mare concepit, sistitur*.

I. de generat.
animal. cap.
XIX. Vice
suprà §. XXI.

Quæ pleraque, & alia quædam adduxit Aristoteles, suntque omnibus uti sensibus certa, sic etiam (quantum meminimus) in confessò apud omnes. Sed velut inde firmè & eviden-

et hoc saltem sequitur, generationis gratia esse, & ad
 eam facere aliquid dictum sanguinem, non autem, esse ipsum
 eius materiam, aut id, ex quo fit vel conceptus, vel foetus cor-
 pus: ita ubi constiterit, ejusmodi sanguinem in utero non
 adesse, quin per plures dies post coitum, presentibus licet a-
 liis facta conceptionis (ut vulgo vocant) indicis, plane nihil
 vel seminis, vel sanguinis, hujusque vel coagulati, vel integri,
 haberi, probabilius istud negabitur, quam adferetur. Con-
 stitisse autem hoc, Harveo & Anton. Everardi, ut testibus
 oculatis, & nullò ex dolò suspectis, meritò credimus, in-
 deque materiam & modum conceptionis ab Aristotele descri-
 ptum rejicimus. Neque enim dum hic dixit, genituram
 à mare in coitu ad foeminam adlatam, hujus uteri calore at-
 trahi, & eò accedentem, invenire $\delta\iota\theta\upsilon\tau\eta\nu\ \upsilon\lambda\eta\nu\ \alpha\delta\theta\rho\acute{o}\nu\ \iota\pi\acute{o}\sigma\tau\alpha\sigma\tau\alpha\iota$,
 statim inexistentem simul totam materiam, h. e. presen-
 tem jam atque paratam, ex quâ formare & constituere τὸ
 $\kappa\acute{o}\nu\eta\mu\alpha\ \tau\acute{o}\ \pi\rho\acute{\omega}\tau\omicron\nu$, conceptum primum possit; hæc inquam,
 dum dixit Aristoteles, non dixit ex experienciâ, sed, ut vi-
 detur, collegit ex indicis istis, quæ modò memoravimus.
 Sed, ut iterum dicamus, sicuti quomodo ea hinc certè in-
 ferri queant, non liquet, sic contrarium probavit hætenus
 manifestissimè ipsa experientia: ut dum antihac à Scholis
 Aristotelicis tradita atque adserta ista fuerint ut *probabilia*,
 nunc quasi transformata *falsa* audiant ac explodantur.

§. LX.

Quandoquidem igitur neque sanguis in uterum pro-
 fusus est generationis nostræ materia, quæritur, ecquæ tan-
 dem sit alia? Quæ de sicuti quæ sit sententia Harvei, & qui
 cum sequuntur, quæ item novissimorum quorumdam, su-
 præ recensuimus, sic & hæc nunc dijudicandæ veniunt. Sed
 hoc, fatemur, difficilimum est, & impar nostris viribus.

Qui

Vide §. XXVI
 & XXX.

locis cit.

§. XX. Conf.

l. de generat.

animal. c.

XXII. & Lib.

II. c. IV.

§. XXIV. &

seqq. item

XXXIX. &

seqq.

Vide S.
XXIV.

Vide S.
XXXIX.

ibid. & seqq.

Qui enim id intenderit, sufficientibus experimentis instructus sit oportet. Ea verò colligere, profectò uti laboriosum nimis ac sumtuosum est, sic cuivis, & quòvis locò ac tempore vix continget. Ista quidem *uterorum post coitum vacuitas, distentio, & quò omnes ferè qualitates sensiles alteratio*, quam Harveus describit, est evidentissima, & nobis quoque in *vaccis, ovibus, capris, canibus, felibus*, atque *cuniculis* soepè soepies visa. Quemadmodum nuper admodum in *cane* ab Amplisf. Dn. Præside profectà *uterum eòdem*, quidem *modò dispositum* conspeximus, simulque in *utroque cornu* quosdam *tumidos globulos*, ut foris eos intuiti, putaverimus, in iis perfecta *κνήματα* sive conceptus jam haberi: sed incisos singulos deprehendimus *planè vacuos*, *interiorisque membrana extrema sicciora ferè, ac aliàs in virginibus observari solent*: spectaculò certè jucundò quidem, sed animis ferè attonitis, cùm diebus integris sedecim libidinatam istam foeminam, complurium marium coitus sustinuisse, & ab his quatrìduò jam quievisse, certò satis cognoverimus. Similiter in eorundem illorum animalium testiculis *vesiculas membraneas humore repletas*, quales Hornius, Kerkringius, & Graffius depingunt, monstravit idem laudatus Dn. Præsides. At verò tam beatis ulterius nobis esse non licuit, ut vel *hec ova ad uterum deducta*, *in ibique consistentia*, aut *saltim ex testiculis in vasa aliqua recepta*, vel *initium conceptionis*, prout Harveus describit, quantum etiam insumerimus operam, potuerimus deprehendere. Ut adeò duas has opinionis novissimas, quas memoravimus, dijudicare non ausimus, sed sententiam nostram consultò suspendamus, donec Deus & dies certiora suggesserint. Ut enim ipsimet illi novissimæ de *ovis animalium viviferorum* opinionis Auctores, quos allegavimus,

mus,

mus, fatentur, nondum omnia, quæ de illis quæri possunt, perfectè sunt cognita, sed multa restant diligentius adhuc inquirenda ac explicanda, cum primis *eorum motus, & ad uterum deductio.*

§. LXI.

Quid si interim dixerimus, *ova illa incipere quidem, ac fieri in testiculis, etiam citra marium coitum,* (quemadmodum scilicet idem in pluribus aliis animalibus experimur, cum primis *avibus, & optumè notatum legimus ab Aristotele*) deinceps verò *tractu vel pulsu,* (nam alteruter motus necessariò erit adserendus) *ad uterum delata, in ejusque cavò recepta, ubi ipse ex genitura sive semine masculinò fœcundus redditus, albugineum humorem conceperit, hòc inde stillante impleri magis, augeri, ac perfici, porroque fota & cocta commodam generationi fœtus præbere materiam?* Ita enim videmus *ova gallinacea e. g. minima, ubi vitellario adherent, esse, sed avulsa inde, & per infundibuli* (quò nomine secundam & interiorem uteri gallinarum partem vocavit Hieron. Fabricius ab Aquapendente) *spiras cellulasque devoluta, ex promanante hinc humiditate totum ferè albumen acquirere.* Cur igitur idem non fieri etiam poterit *istis ovis?* Hòc sanè pacto ex parte Harveo poterimus adsurgere, & ex parte quoque Hornio ac aliis, quos supra nominavimus. Statuitque eundem etiam augmentationis illorum modum expressè Cl. D. Graffius, dum scribit, *ova testiculis contenta minima quidem, esse, sed in uterum recepta humores in ejus fundum delatos imbibere; licet addat, humorum illam copiam nature singulari providentià ad uterum amandari.* Sed uti non constat, unde veniant, vel venire possint, sic experimenta

III. de generat. animal. c. 1. & passim.

Lib. de format. ovi & pulli Part. I. cap. 1.

l. cit. cap. XV.

I

Harvea-

Harveana luculenter probant, quod fiant atque parentur
in ipsò uteri corpore, indeque exstillent.

§. LXII.

Esto verò, quod diximus, usque adhuc ambiguum.
Interea sicuti nulli dubitamus, quin veritas ejus, Deo lau-
datisimis suprà nominatorum, vel etiam aliorum publi-
co rei literariæ bono invigilantium Doctorum conatibus
porrò benedicente, brevi itidem sit proditura, ita hoc pro-
fectò pro certissimò habemus, ubi vel quandocumque etiam
ova hæc fieri dixerimus, eorum partem vel materiam non esse
semen patris. Si enim in virginibus, vel aliis extra marium
consuetudinem viventibus habentur, (uti Autores allegati
omnes adserunt) est id planè indubitatum. Si verò in
uterò fiunt ex materiâ, post ejus à seminis masculi conta-
ctu alterationem conceptâ atque destillante, (quemadmo-
dum Harveum velle audivimus) est idem itidem liqui-
dum. Ut inde verissimum esse constet, quod supe-
riùs cum Aristotele adseruimus, à solâ fœminâ conferrî
generationis materiam. Nam in § ex iis oriuntur fœ-
tus, planè uti in § ex ovibus avium pulli. Sicuti quidem,
tàm Harveus (a), & qui cum eo sentiunt, quàm Graffius (b)
benè notârunt, in eorum mediò conspici secretum humo-
rem transparentem, § verè crystallinum, propriâ tunicâ tenu-
issimâ atque orbiculari conclusum, sive, ut Graffii verba ha-
bent, aliud quasi ovum innatare, in quò producitur ac con-
stituitur fœtus. At verò hos humores, quanti quanti sunt,
totos ex unâ fœminâ venire, putamus esse certissimum,
& adseremus constantissimè, usque dum demonstratum
viderimus, avium ova ex parte constitui ex semine marium.
Certè Hieronymus Fabricius ab Aquapendente, quantum
etiam aliàs faveat doctrinis antiquorum, hic tamen im-
possi-

Vide §.
XXIX. &
seqq.

Vide §. XXIV

§. L.

a) Exerc.
LXIX.
§) locò cit.

ibid. pag. 263.

l. cit. Part.
I. cap. I. &
Part. II. cap.
II.

possi-

possibilitatem cernens, fatetur, & expressè docet, *semen galli in uterum non venire, neque ex eò ut materiâ constitui ovum, sed hoc saltim facultate suâ, seu spiritali substantiâ irradiante fecundum reddere.* Cujus mentis est etiam Melchior Sebizius, Argentoratensium Galenus, Pergameno uti dudum scientiâ, sic nunc annis quoque sub-

de aliment. facultat. Lib. III. cap. XII. digress. de o- vò, pag. 967.

§. LXIII.

Ex quò quoque nunc clariùs constat, quibus de causis, & quò sensu contra Aristotelem negaverimus, *sanguinem esse generationis materiam.* Nolumus scilicet, *conceptum vel ovum, quod generationis primordium dicitur, productum esse atque constiti se ex sanguine in uterum profusò, ibique à semine maris coagulato ac transmutato.* Aliàs veluti ex sanguine fieri humorem istum albugineum uteri, Harveus concedit, nec aliam fortè materiam *ovis in testiculis oriundis* adsignabunt Hornius, Kerkringius, Graffius, & alii *ὀμόψηφοι*, ita hòc sensu dici verissimè potest, *ipsum esse generationis materiam, scilicet remotam, quatenus ex eò priùs fit humor iste, ex quò consistit ovum vel conceptus.* Quod idem quidem quùm voluerit etiam ipse Aristoteles, (dixit enim, *ex eò à geniturâ maris coagulato fieri vel constitui conceptum*) saltim quâ locum & modum conceptionis erit disensus, non autem (uti tritò terminò Scholæ hodiè vocant) quâ rem. Cui adcedit, quod, veluti modò diximus, *ova, quæ novissimi adserunt, in uterum deducta ex stillante inde humore albugineò au- geri atque perfici, sic ex Harvei (a), Antonii Everardi (b), & Graffii (c) mente, quod postea pro fœtus nutritione & incrementò ex uteri cotyledonibus vel placentis suggeritur, sit itidem humor talis albugineus.* Ut adeò ex solius

§. LIX. & LX.

vid. §. XXII.

§. XXXIX. & seqq.

§. XIX. XX. & XXI.

a) Exercit. LXX.
b) l. cit. pag. 63.
c) l. cit. pag. 227.

matris sanguine paretur omnis ac tota materia, quæ tam ad generandum, quàm & nutriendum foetum, quamdiu utero conclusus latet, est necessaria, sitque exinde hujus corpus totum, quantum quantum est.

§. LXIV.

Deinde liquet etiam, quò sensu corpus illud, quod generationis primordium est, *ovum* vocetur, vel vocari possit, quòque ab ovis aliis, quæ recepta loquendi consuetudine dici solent, differat. Nempe *ὄν* sive *ovum*, definivit Aristoteles, τῶν κημάτων τῶν τελείων, ἐξ ἧς γίνεται τὸ γενόμενον ζῶον, ὅπερ μαρτυρεῖ τὴν δέχτην, τὸ δ' ἄλλο τροφή τῷ γενόμενῳ ἐστίν, *ex perfectis conceptibus id, ex quò generatur animal, quod generatur, ita ut ex ejus parte originem sui habeat, reliquum autem sit ei genito alimentum.* Qualismodi non modò sunt, quæ ab omnibus avibus, plurimisque piscibus foras eduntur, sed & quæ genita intus servantur in generibus τῶν μαλακοδέρμων, τῶν σελαχῶν, καὶ τῶν ἔχιδνων, mollium, cartilagineorum, & viperarum. δύραζε γὰρ οὐκ ὠσπικῆσι ταῦτα, ἀλλὰ τὸ ψυχρῶν τὴν φύσιν εἶναι. Hæc enim non *extra mittunt ova, quia natura frigidioris sunt, uti verisimè docet Aristoteles.* Non modò igitur oritur ac formatur ex ovi humoribus fætus, sed & iis nutritur ac augetur, quamdiu isto conclusus latet, ita, ut nihil ulterius ipsi vel ex matre, vel aliunde adveniat. At verò κήμα *nomine venit tum quodlibet etiam ovum, (uti modò ex hujus definitione Aristotelicâ audivimus) tum speciatim in viviferorum saltim generibus τὸ πρῶτον μίγμα καὶ θήλεον καὶ ἄρρεον, prima* *mixtura ex mare ac fæminâ, h. e. primum id, quod pro futura generatione ex maris fæminæque coitu in hujus uterò* *consistit, uti definit idem Aristoteles (a). Legimus quidem Galenum (b) scribere, σύμμιξιν τῶν κημάτων δημιουργίαν,*

histor. animal. cap. V. & alibi.

I. de generat. animal. cap. X. & XI.

a) I. de generat. animal. cap. XX.

b) I. de sem. cap. IX.

117

universam foetuum fabricam ab Hippocrate quatuor distingui temporibus, & κύνμα appellari post sextum demum diem, quando substantia, quae post coitum in utero constitit, οὐκ κρινδής, καὶ οὐκ ἐπι γοναδής, carnosae, & non amplius seminalis est, uti superius eadem haec ejus verba, & plura alia §. XV. adscripsimus. Sed ei optumè respondet Hoffmannus ὁ πᾶν, quemque nihil vel ab Hippocrate, vel ejus celebrioribus interpretibus dictum latuisse videtur: Locum nec Jul. Alexandrinus reperit, nec ego: & τὸ κύνμα fuisse illi usurpatum, nondum credo. Sicut & Anutius Foësius Mediomatricus in οἰκονομίᾳ Hippocratis vocis γονίς quidem significationes apud Hippocratem occurrentes recenset, sed istius, quam Galenus memorat, neutiqvàm meminit, nomen verò κύνμα prorsus non habet: itidem suo consensu attestatus, hoc Hippocrati dictum non fuisse. Definimus ergò meritò ex Aristotele, Galenicam interpretationem verò, ut confictam, nulliusque priscorum testimoniò confirmatam, rejicimus.

*Libb. de gene-
rat. hom. II.
cap. IX.*

pag. 87.

Vide §. XV.

§. LXV.

Conveniuntque adeò οὐα & κύνματα in plurimis, & utrorumque idem ferè modus est, idemque finis. Reverà enim (quæ Harvei verba sunt) quò modò, ordine, ac ratione pullus ex ovo fabricatur & producitur, eòdem pariter, ex conceptu praexistente, viviparorum foetus proveniunt. Una scilicet atque eadem est utrobique generationis species, & utriusque exordium ovum dicitur, vel saltem analogià quòdam tale habetur. Nempe, ovum est conceptus foris expositus, unde pullus procreatur; conceptus est ovum, intus manens, donec foetus in eò debitam perfectionem acquisiverit; cetera verò conveniunt. Sunt enim primordia vegetabilia, & animalia potentià. Et haec procul dubio

*Exercit at.
LXIII.*

intendunt tum Aristotelica illa, quæ superius adduximus, tum quæ prolixius disserit Autor libri de natura pueri, ubi aborsum psalteria describit, & inter alia inquit: οἷον εἴ τις ὠρᾷ ὠμῆ τὸ ἔξω λεπτόριον περιέλοιεν ἐν τῷ ἐνδον ὑμῶτι, πρὸς τὸ μὲν τις ἐν τοιαύτῳ, ἄλλως εἰπείν. Ut si quis ovo crudo externam testam undique auferat, in quò interiore membranâ contentus humor pelluceat. Ad hunc ferè modum, ut unò verbò dicam, se habebat liquor ille. Similesque formas referunt, quæ itidem in hominum generibus sibi observata referunt Accorambonus (a), Constant. Varolius (b), Joan. Riolanus (c), & ex novissimis Harveus (d), ac Anton. Everardi (e). Quibus meritò addimus etiam exemplum nobis, fortunâ ita annuente, nuper visum, κυήματα scilicet (ut conjectura tulit) ferè bimestris, ex retriçis ἀπόχευεῖς uterò à Nobilib. atque Excellentis. Dn. Jo. Arnoldo Friderici, Philos. & Medicin. Doctore, atque Jo. Arnoldo Friderici, Philos. & Medicin. Doctore, atque Professore celeberrimo, Præceptore nostrò etatem suspiciendò, excisi: quod quidpe planè ὠοειδὲς, ut Aristoteles (f) describit, sit, magnitudine ovi gallinacei, & vacuum fœtu conspeximus. Enimverò differunt ab ovibus communiter dictis hæc viviferorum κυήματα inter alia hęc cumprimis, quod in uterò consistentiâ progressu temporis illi adherere incipiunt, fœtusque non ipsorum solis humoribus, sed simul etiam aliis ex matribus adsumtis nutriantur ac increcant. Quod quidem veluti communis Doctorum consensus adserit, sic probat manifestissimè ipsa ἀποψία: solas equas fortè & sues si exceperis, ut quarum κυήματα nunquàm adhaerescere uteris, adeoque fœtus ad partum usque horum duntaxat humoribus enutrirî, contendit Harveus, consentiente quæ equas

§. XXIV.

t. IV. Conf. Galen. l. de sem. c. IV. de format. fœt. c. I. & Lib. III. de facult. natural. c. II.

a) Notis in I. de generat. animal. cap. XXI.

b) Anat. Lib. IV. cap. V.

c) Anthropograph. Lib. VI. cap. VI.

d) Exercitat. LXXIX. Vide supra §. XXIV. & XXV.

e) l. cit. pag. 102. & seqq.

f) VII. histor. animal. cap. VII. & III. de generat. animal. c. IX. Vide supra §. XXIV.

Exercitat. LXX.

egvas etiam D. Graffio. Ut inde ob rationes in multis discrepantes nomen *ovis* non nisi *per analogiam* liceat *ουήμας* sive conceptibus tribuere, sensu consimili ferme, ac olim Theophrastus *naturam seminum ovis proximam esse* statuit, eamque ob causam Empedoclem dixisse, *arbores ova excelsis gignere ramis*, prout id optumè ex Theophrastò notarunt Jo. Riolanus (a), & Jo. Christoph. Magnenus (b).

§. LXVI.

Constat quoque nunc uberiùs veritas illius, quod sura contra usitatam veteribus loquendi formulam Aristotelem notasse diximus, nempe, si *proprie magis* loqui volumus, *seminis* nomen in animalium generibus potius conceptibus atque *ovis* esse tribuendum, quam liquoribus iis, quos conferunt *mas* ac *foemina*. Ipsa n. illa sunt, quæ propius adcedunt ad rationes *seminum plantarum*: de quibus istud *propriissime* dici, & dictum fuisse *primitus*, probatu vix erit opus, sed ignorantia sola lectio sufficiens er testabitur. Unde optandum quidem esset, si fieri posset, ut appellarentur ea hodiè illò nomine. Sic enim & huic servaretur significatus suus proprius, & orationes, in quibus ponitur, forent magis perspicuæ, nec dubium quin ipsæ quoque doctrinæ ac scientiæ inde plus commodi essent persensuræ. At verò loquendi usus per multa nunc secula tulit aliud: cui proinde parendum, quidquid etiam imperet veritas. Indeque videmus ipsummet quoque Aristotelem, licet evidentissimè demonstraverit, quæ injuria fiat isti nomini, dum à nativa significatione desflexum iis tribuitur, quibus cum *seminibus plantarum* ferè nihil convenit, (certè nullò modò quæ *rationem*) morem tamen gessisse recepto jamtum apud omnes mori, atque *semen* pariter appellasse *humorem*, quò mediante *mares generant*, quin *foemi-*

b) l. cit. pag. 298.

l. de caus. plantar. cap. VII.

a) Anthropographie Lib. VI. c. VII.

b) Exerc. de Tabacò II. §. 3. pag. 27. §. XVIII.

a) 1. de gene-
rat. animal.
cap. XIX. &
passim.
b) ibid. cap.
XX.

fœminarum quoque sanguinem menstruum (a), quod bunt,
neque quid aliud ea adferant, sit que idem ὅλη τῆς γενέσεως
τῶν ζώων ἢ πρῶτη, uti itidem (b) vocavit, atque adeò si se-
men etiam habeant ac conferant fœmina, hic sit earum se-
men. Quod idem proinde nobis etiam nunc fuit facien-
dum, cum primis dum cum iis disputavimus, quibus mi-
nima cum Aristotele intercedit familiaritas. Scilicet co-
gitare debemus tritum illud: *Loquendum um vulgo, sed
statuendum cum eruditis.*

§. LXVII.

a) Lib. II. de
nat. mulier.
cap. I.
b) Exercitat.
Medicarum
XXXVI.
Probl. V.
c) Epist. de
generatione
Plantar. ex
femin.

Atque hæc quidem certissima sunt, & (uti diximus)
vel ex solis lexicis facilè cognoscenda. Unde & multos, a-
liàs Aristotelis auctoritati vel doctrinis parum conceden-
tes, hic cernimus tamen laudare ipsum, ac confiteri, quod
de semine subtiliùs disseruerit: quemadmodum his verbis
utuntur Rodericus à Castro (a), & quem ob insignia pluri-
ma in rem medicam tam quàm Philosophicam merita
modò laudavimus, Melch. Sebizius (b). Legimus verò
& his contradicere, aliterque loqui & docere quosdam.
Ita enim expressè Josephus de Aromatariis Afisinas (c):
*Plantarum vocata semina (scribit) non sunt semina, &
non habent vim, actu (ut dicunt) vel potentiâ generandi
plantam. Ait verò, plantas determinatis temporibus pro-
lificum semen generare, animalium seminibus proportione
respondens, ex materiâ quâdam spiritibus commixtâ, illud-
que excernere in vocatis seminibus, veluti in parvis uteris,
vel, si cum Empedocle loquaris, in ovis arborum, iis verò locis
spiritum conclusum subditam materiam fortiùs adgredi, &
novò semper affluente spiritu vivificò domare, adeò, ut ex ejus
potiori parte parvis simam (ita loquitur) plantam reverà ge-
neret, determinatis organis distinctam & conformatam, &
verà*

verà vivificet plantali vità , reliquam autem partem re-
leget in alimentum adsumendum ab ipsà effigiatà & con-
formatà plantà. Quibus quidem hoc videtur velle,
in plantarum generibus semina esse humores, ab & ex qui-
bus fiunt, quæ vulgò dicuntur semina, hæc verò esse ova,
vel uteros, in quibus ista (vera, & propriè dicta semina)
recipiantur, formentur, gerantur, & actu ipsò vivant
planta. Nam expressè iterum adserit, parvam hanc ^{ibid.}
plantam, ex quò die gignitur, vivere, nutriri, augeri, &
determinatò tempore decrescere, (non aliter ac animal sene-
ctute laborans) ac tandem mori, nisi determinatò locò &
tempore seratur; & quidem nutriri per adnatas quasdam
vias umbilicales, ex lacte, in seminibus vulgò dictis ge-
nitò. Hæc iste, nostris certè, quæ ut communi omni-
um consensu recepta, & ipsà loqvendi consuetudine
quoque confirmata proposuimus, maximè dissentanea, §. LXVI.
adeoque ὀπίδοξα, quanquam quæ planta tenella in se-
mine existentiam multos reperiencia consentientes.

§. LXVIII.

Eadem ferè, si non majora, vel magè ὀπίδοξα, dixit
etiam Dominic. Panarollus Romanus. Distingvens enim
hic inter sperma & semen, hoc ait esse istius animam, & istud,
corpus, in quò hoc resideat sicut anima. Sive clariùs: Se-
men esse, quod mediante divinà benedictione omnia pro-
pagat, quæ aliòquin ad interitum tenderent; ast sperma,
quod retinet & conservat semen ad majorem facilitatem.
Indeqve posse non modò aliquando sperma esse sine semine,
& hoc effundi in morbofis, senibus atque frequenter coëunti-
bus, esseque non animatum, sed mortuum; verùm etiam
posse semen esse sine spermate, ejusque exemplum conspici
in plantis, quæ oriuntur ex terrà virgine, sponte, & absque
aliquò

K

Arcanor.
Fascic. II.

*aliquò spermate, cum, si terram effodiamus in aliquà cry-
 ptâ antiquâ, & aëri Solique exponamus, herbas absque
 ullò effusò spermate nasci videamus, ideò, quod in ipsâ
 terrâ, tanquàm in spermate aliquò, lateat semen, quod
 aëri Solique expositum germinet. Post quæ proposita in-
 quit: Et sic videmus, falsò dici semina illa, ex quibus
 oriuntur, e. g. planta, & similia, cum potius spermata de-
 beant vocari. Quare cum appellamus semina legumi-
 num, herbarum, &c. decipimur. Nam accipimus sper-
 ma pro semine, cum semen sit tantum vis illa vivifica,
 constata ex igne & aquâ, in spermate residens. Cui
 pollicem quoque premere videtur Anton. Everardi,
 dum statuens cum Aristotelicis, feminas semen non ha-
 bere (a), marium verò semen solius efficientis vices sustine-
 re, neque ex eò, ut ex materiâ quidquam constitui (b),
 contendit (c), neque in generatione planta, aut alterius
 cujusdam herbae vel fruticis, semen concurrere materialiter,
 sed solummodò efficienter. Sumamus enim (sunt ejus
 propria verba) exemplum nobis familiarissimum, in pisis
 ac fabis, ubi observare licitum est, pisa fabasque dimisso
 in terram germine, nihil diminutas, sed integras, at bipar-
 titas è terrâ pullulare. Id quod igitur (concludit hinc)
 præcipua generationis est causa, spiritus sit oportet, qui
 in semine, tanquàm subjectò commodò, residet. Inde
 verò infert hoc universale: Semen reverâ esse, ex quò
 per modum generationis corpus aliquod producitur, non
 quidem ut ex materiâ, sed ut ex motus efficiente principiò,
 adeoque non esse propriè & strictè semen, quod oculis cer-
 nitur, & vulgo semen appellatur, sed duntaxat subje-
 ctum idoneum, in quo vis seminalis residet ac conserva-
 tur.*

ibid.

*a) l. cit. p. 27.
 seqq. Vid. su-
 præ §. XXX.
 b) pag. 29. &
 seqq. Vide §.
 cit.
 c) pag. 30.*

pag. 27.

ibid.

§. LXIX.

§. LXIX.

Quibus proinde sumi nomen *seminis* videmus significatu ab illò, quem supra posuimus, prorsus alienò. §. XVIIII
 Id quod quidem licet ipsis integrum esse, facile concesserimus, tum, quod *semen*, quod ipsi nominant, sit (*in genere animalium sexu distinctorum*) vel ipsa *σπέρμα* Aristoteli dicta, vel hujus λόγος, tum quod jam olim ferè omne, à quò ut causà aliquid oritur, appellatum fuisse *semen*, talique sensu de Antonio dixisse Tullium legamus: *Ut in seminibus est causa arborum & stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti*: dum tamen receptam loquendi consuetudinem emendare, penitusque rejicere nituntur, veremur, ne incasum sint laboraturi, risumque magis, quam ad sensum excitaturi legentibus, & qui à Grammaticis meliora edocti, nòrunt, quæ jura competant vocabulis primùm constitutis atque admisis. Et cum primis ridiculus maxumè videtur Panarollus, dum distinctionem comminiscitur inter *sperma* ac *semen*: quæ quidpe saltem foris (uti vocant) differentia, semper *σπέρμα* fuisse, uti e. g. *ἄνθρωπος* ac *homo*, *ἄρτος* atque *panis*, & similia, lectio abunde sine ullò contrariò exemplò probat. Ut nihil de cæteris dicamus, quæ à Panarollò atque Josepho de Aromatariis audacter quidem, ut evidentissima & indubitato vera, adfirmantur, talia verò profectò oculatis Physicis aliis minimè videntur.

Philipp. II.

§. LXX.

Tandem etiam hæc ex dictis licet judicare, quò loco sit habenda illa itidem communissima in Scholâ Galenicâ opinio (a) de humoribus intra conceptus membranas contentis, quod sint *fætus excrementa*, sudor ac *urina*. Etenim, ut verbis Harvei (b) id eloquamur,

a) Vi de Galen.
 l. de semine
 cap. X. & XV.
 de usu part.
 cap. V. & a-
 libi.
 b) Exercitat.

K 2

uter-

de humorib. uterque humor prius in conceptu reperitur, quàm quidpi-
Conf. Exerc. am fœtus adpareat. Et is, quem urinam nominant, prior
de generat. alterò, quem sudorem esse credunt, conspicitur. Imò verò
animalium in conceptibus quibusdam irritis & infœcundis, in quibus
LXIX. Item nullum fœtus vestigium, dictos humores, præsertim exte-
Anton. Ever- riorem, invenis. Siccine ergò excrementa erunt factu
ardi l. cit. pag. 176. & prior? Aut sudabit fortè ac minget fœtus, antequàm
seqq. & Re- fuerit? Ridicula profectò! Quæ suboluisse videntur qui-
Grassl. l. cit. dam istius Scholæ Doctores, indeque ambigere cœpe-
cap. X. pag. runt, & aliam de illis concipere sive sententiam sive con-
-78. & 77. jecturam. Ita enim Ludov. Mercatus (c): Si extra uterum
Operum non nisi violentò motu sudor fit, quomodo infans sudare
lib. I. art. IV. poterit? Judicat ergò & statuit, eum, quem membrana
cl. s. 3. art. II. Quæst. amnios continet, & vulgo sudorem fœtus esse cre-
CVIII. & Vo- dunt, esse humorem peculiarem, à naturâ excogitatum,
lum. V. Tract. pro fœtus commodò. Varolius verò disertè fœtu prius,
un. Disp. III. & generationis materiam esse, quidquid primum adest at-
l. cit. cap. que visitur, confitetur. Quoniam in primâ figuratione
pag. 105. (scribit) requirebatur materia purissima, & adeò tenax
& robusta, ut posset extendi, ac permanere usque ad sum-
mmum corporis incrementum, propterea plurima copia hu-
moris aquei à semine muliebri segregatur, ita ut existente
fœtu sub magnitudine grani hordei, pellicula aquâ repleta
sit, veluti ovum columbi, sub magnitudine apis, veluti
ovum gallinæ. Quæ verò latiùs persequi ejus potius lo-
ci videtur, quò de nutritione & vitâ fœtuum nondum
natorum disferitur, ideoque meritò nunc intermit-
timus.

§. LXXI.

Sed de generationis materiâ tandem satis. Quæ
 quàm vel tota (ex mente Harveanæ sectæ) vel maximam
 partem

partem (si scilicet ova in testiculis concepta admiserimus) ex uterò veniat, patet, quantum hic quoque ad opus generationis conferat. Certè enim, præterquam quòd illam materiam conficiat atque suggerat, fovet quoque, & servat conceptum, simulque in eò productum foetum, usque ad nativitatis tempus. Quod ipsum quidem ut facere possit, eà corporaturâ non modò, sed & temperie, figurâ, & cavitate est præditus, eòque locò in regione abdominis constitutus, ut qui intuetur, omnia in hunc finem à providâ Naturâ facta esse, clarissimè advertat, quemadmodum id etiam ope anatomes optumè exposuerunt post Aristotelem (a) Galenus (b), Soranus (c), Corn. Celsus (d), ex recentioribus verò plurimi, cum primis doctissimus Jo. Antonida van der Linden (e), ut qui unus hic instar omnium esse poterit. Estque ob hanc causam ipse aptissimè priscis Latinis appellatus *matrix*, Græcis verò μήτρα, item δελφύς. Quarum vocum hanc expositionem adfert Soranus (f): μήτρα μὲν, ὅτι μήτηρ ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γυναικῶν ἐμβρυῶν, ἢ ὅτι πᾶς ἐχθρὸς αὐτὴν μήτρας ποιεῖ καὶ δὲ πιναι, ὅτι μέτρον ἐστὶ χρόνος πρὸς κατάρσιν καὶ διαπότισιν. δελφύς δὲ, διὰ τῶν ἀδελφῶν εἶναι γυναικῆν. *Matrix* quidem dicitur, quia mater est infantium ex se natorum, aut quia habentes ipsam matres facit. Secundum alios autem, quia mensura est temporis in purgatione & partu. Delphys verò, quia genitrix est adelphorum, h. e. fratrum uterinorum vulgò dictorum, seu qui eòdem locò usi sunt. Quibus similia leguntur etiam in *Etymologicò magnò*.

§. LXXII.

Hæc si vera sunt, uti quidem sunt omninò, ob evidentissimum testimonium inductionis atque αὐτοψίας, iudicium dari poterit de istis hominum generationibus,

K 3

qvas.

a) I. hist. animal. cap. XIII. XIV. & passim.

b) Lib. de dissect. uteri, & alibi.

c) Lib. de matrice & mul. pud.

d) Lib. de Medic. IV. c. l.

e) Medic. Physiolog. c.

VII. art. X. f) locò cit.

§. 8

Operū Part.
VI. lib. I. de ge-
nerat. rerum
natural. pag.
263. edit. Ba-
sil. in 4.

quas aliqui adserunt factas, vel saltem non impossibiles,
extra uterum, quin prorsus *extra mulieres*. Sic enim
superius memoravimus, esse, qui *ex terrâ putri*, aut
aliis id genus subjectis productos fuisse quosdam tradide-
runt. Quos inter quemadmodum Paracelsus quoque
est, ortos ita fuisse *Undenos seu Nymphos*, (uti barbarâ
lingvâ suâ vocat) *Salamandros, Pygmaeos, & Sylphos*: ita
idem *alibi* alium quoque describit modum, *producendi*
homunculos per artem Spagyricam in ventre equinô. Qvô
de ipsomet loquentem placet audire. Nun ist aber
(inquit lingvâ partim vernaculâ, partim latinâ, sed utrâ-
que minus comtâ) auch die generation der *Homunculis*
in keinen wegen zu vergessen. Denn etwas ist dar-
an: Wiewohl solches bisher in grosser Heimlichkeit/
und gar verborgen ist gehalten worden / und nicht
ein kleiner Zweifel und Frage unter etlichen alten
Philosophis gewesen: Ob auch der Natur und Kunst
möglich sey / daß ein Mensch aussert halben weibli-
ches Leibes / und einer natürlichen Mutter möge
gebohren werden? Darauff geb ich die Antwort/
daß es der Kunst Spagyrica und der Natur in keinem
Wege zuwider/sondern gar wohl möglich sey. Wie
aber solcher zugang und geschehen möge/ist nun sein
Proceß also: Nemlich / daß der *Sperma* eines Man-
nes in verschlossenen cucurbiten *per se*, mit der
höchsten Putrefaction/*ventre equino*, putrificirt werde/
und 40. Tage / oder so lange / biß er lebendig werde/
und sich bewege und rege / welches leichtlich zu sehen
ist. Nach solcher Zeit wird es etlicher massen
einem Menschen gleich sehen/doch durchsichtig/ohne
ein Corpus. So er nun nach diesem täglich mit dem

ARCANO

arcano sanguinis humani gar weißlich gespeiset und ernehret wird/biß auff 40. Wochen/ und in steter gleicher Wärme *ventris equini* erhalten/wird ein recht lebendig menschlich Kind daraus/mit allen Gliedmassen/ wie ein ander Kind/das von einem Weibe geböhren wird/ doch viel kleiner: dasselbige wir einen *Homunculum* nennen / und soll hernach nicht anders / als ein anders pag. 274. Kind mit großem Fleiß und Sorge auffgezogen werden/biß es zu seinen Tagen und Verstand kömmt. Das ist nun (concludit) der allerhöchsten und grössten Heimlichkeiten eine / die GOTT den tödtlichen und sündlichen Menschen hat wissen lassen. Denn es ist ein Mirakel und *magnale Dei*, und ein Geheimniß über alle Geheimnisse: soll auch billich ein Geheimniß bleiben/biß zu den allerletzten Zeiten/da denn nichts verborgen wird bleiben / sondern alles offenbaret werden.

§. LXXIII.

Addit & hæc: Und wiewohl solches bißanher dem natürlichen Menschen ist verborgen gewesen/so ist es doch den Sylvestris und den Nymphen und Riesen nicht verborgen/sondern bey langen Zeiten offenbar gewesen/daher sie auch kommen. Denn aus solchen *Homunculis*, so sie zu männiglichen Alter kommen/ werden Riesen / Zwerglein / und andere dergleichen grosse Wunder-Leute / die zu einem grossen Werkzeug und Instrument gebraucht werden / die grossen gewaltigen Sieg wider ihre Feinde haben/und alle heimliche und verborgene dinge wissen/die allen Menschen sonst nicht möglich seyn zu wissen. Denn durch Kunst überkommen sie ihr Leben / durch Kunst überkommen sie ibid.

sie Leib / Fleisch / Bein und Blut / durch Kunst werden sie geböhren. Darüm so wird ihnen die Kunst eingeleibt und angebohren / und dürffen es von niemands lernen / sondern man muß von ihnen lernen. Denn von der Kunst seynd sie da / und auffgewachsen / wie die Rosen oder Blumen im Garten / und werden der Sylphestern und Nymphen Kinder geheissen / darüm / daß sie mit ihren Kräfte und Thaten nicht Menschen / sondern Geistern vergleichen. Hæc Paracelsus.

§. LXXIV.

In fœminis verò etiam extra uterum concipi posse, & conceptos fuisse aliquos, multis creditur, & omninò adlerendum videtur, si vera sunt, quæ tum in hominum, tum brutorum plurium generibus observata leguntur. Sic enim refert Philipp. Salmuth, An. MDCV. Mens. Jul. juvenem quãdam fœminam, cum quã maritus per os coierat, atque sperma in fauces emiserat, infantem, digiti longioris magnitudinem vix quidem excedentem, omnibus tamen membris tam internis, quàm externis, verè constantem, maximis cum doloribus, summòque vitæ periculò, per os fuisse enixam. Illustris etiam Bartholinus (a) testatur, visum sibi esse fœtum in intestino tursionis, & (b) à fratre suo, M. Alb. Bartholinò, perscriptum, quod in prædiò Fridricurcensi, stupentibus, qui aderant, felis suos catellos evomuerit, & ita exspiraverit, simile quoque (c) exemplum ab amicò memoratum de cane fœtã. Quin ait (d): Quod in homine observavit Salmuth, frequentius in felibus canibusque contingit; sed rariùs creditur, quia rariùs observatur. Quibus quidem motus idem credit, in ventriculis fuisse conceptos & genitos hos fœtus. Quid fidem (inquit)

remo-

Observation.
Medicament.
cent. III. hist.
XCIV.

a) Hist. anat.
nat. rar.
cent. I. hist.
IC.

b) cent. V.
hist. IC.
Conf. Deser-
tat. de inso-
litis partus
humani & is
cap. IX.

c) cent. &
hist. cit.
a) ibid.

remoratur? Vasa ventriculi pro nutritione & aliquali augmento sufficiunt. Suis tunicis in ventriculo humores anomali includuntur, topbi ex pilis crusta muniuntur, vermium globuli folliculis adstringuntur, calculi tunicam suam ibidem adherent, quorum passim exempla prostant, & nos complura ipsi vidimus. Quis negabit erranti alio modo hoc loco foetui membranam, quam involutus domiciliò isto per tempus frueretur? Non certè ab utero membrana foetum cingens, sed à semine in fermentatione genituali enascitur. Statuit itaque, uterum solum non concipere, nihilque contribuere embryoni præter locum & calorem, sed potius, cum in semine lateat generationis principium, hoc se exserere, quocumque cujuscumque loci calore adjutum, & proinde quemadmodum semina barbarum videmus non in terram tantum, sed etiam in tabulatò, parietibus, arboribusque subinde decidua germinare, sed felicius ad florem pervenire in terræ gremio: sic parum in animalibus esse rationem, ut quibus uterus quidem commodus fuit, quia commodius & recipit semen, & exinde formatum foetum felicius continet & excludit; attamen in quacumque cavitate corporis, ubi vasorum confluxus, embryonem efformari.

§. LXXV.

Similis sensus sunt, quæ Anaxagoram, aliosque quosdam ex priscis credidisse, Aristoteles memorat, *corvos & ibin* τὸ σῆμα μίγνυται, per os coire, nec non *inter quadrupedes mustelam* τὸ σῆμα τίλει, per os parere. Sicut &, eodem teste, pervulgatissima priscis jam seculis opinio fuit, à piscatoribus (ut qui cum primis excellere videntur experientiam aquatilium) tradita, & ab ipso quoque Herodotò, Historicorum antiquissimò, quin

III. de generat. animal. c.

VI.

ibid. cap. V. & V. histor. animal. c. V.

L (Tullii

II. de Legg. (Tullii iudiciò) *historia patre, probata, pisces faeminas semen à maribus sparsum abglutire atque devorare, & sic ex hóc seminis captu concipere. Quæ omnia veluti hodieqve fidem apud piscatores, venatores, aucupes, & alios ex vulgò inveniunt, sic primum illud de corvis vulgi credulitati adscribit quoque Plinius (a); & alterum de ibide suis calculis etiam confirmant Solinus (b) Ammian. Marcellinus, (c) itemqve Ælianus (d), si græcum textum inspicimus. Nam quod Petr. Gillius & Conr. Gesnerus in versione addiderunt, Ægyptios ferre, eam ore coire, & parere itidem, isti non videtur conforme. Similiter & mustelas ore parere, fœtusqve eòdem denuò recipere, & eàdem viâ vivos atque incolumes reddere, iidem huic (e) creditur. Quæ quidem hóc saltim sensu, ore prius receptos rejici, ab eo dicta, antiquam tamen traditionem non protinus cum Aristotele (f), Nierenbergio (g) aliisque fabulis accensendam esse censet sapissimè nobis laudatus Bartholinus (h), tum, quod multa in occulto lateant, quæ tamen vera sunt, atque si vermes, ranas, laceratos, in ventriculis animalium, ex suò quemqve seminiò generari, certi sumus, de mustelis dubitare non debeamus, tum & quod ipsis idem contingere possit, quod ranis, in quibus ab uterò canalem variè intortum ad usqve fauces ascendere observavit nuper Ol. Borrichius, & verò mustelas in ore concipere veterum nullus prodiderit, verùm per aures, quarum cum ore per tubulum commercia Prosectores non ignorant. In cuius testimonium adducit magnum Ger. Jo. Vossium, ita inquentem: *Mustela, quam Græci γαλίη dicunt, creditur auribus concipere, ore autem parere. Hæc Ægyptiorum, credo, fuit opinio; apud quos fortassis vixerit etiam seu verus, seu, ut censeo, Hellenistæ**

a) *Natural. hist. Lib. X. cap. XII.*

b) *c. XXXII.*

c) *Lib. XXII*

d) *Libb. de animal.*

natur. X. cap. XXIX.

e) *Lib. II. cap. LVI.*

f) *loc. cit.*

g) *IV. hist. nat. cap. V.*

h) *Diss. cit. cap. IX.*

Theol. gen. vil. Lib. III. cap. LIV.

Γαλίη

ὑποβολιμαῖα, Aristetas, qui de interpretatione τῶν ἑβδο-^{p. 43. edit.}
μήκωντα scripsit. Is de eò hunc in modum refert: Διὰ τῶν ^{Oporini.}
ἄτων συλλαμβάνει, πενοποιεῖ δὲ τῷ σώματι. Auribus concipi-
pit, ore autem parit fœtum suum. Ac subjungit, hoc esse
symbolum eorum, qui διὰ ἀκοῆς λαβόντες, ταῦτα τῷ λόγῳ
σωματοποιήσουσιν, κακῶς ἐπίρας ἐνεκύλιον, auribus percipien-
tes, eaq̄ve sermone exaggerantes, malis alios involvant.
De tam mirificò partu etiam apud Ovidium, & veterum, ^{IX. Metamorph. fab.}
alios legere est; de conceptu, apud juniores: quibus inde ^{VI.}
emblematis occasio, ea dicenda esse, quæ audivimus, non,
quæ finximus.

§. LXXVI.

Ejusdem cum Bartholinò mentis etiam Ant. Deusingius esse videtur, ut qui fœtus Muscipontani illius, quem ^{§. XXXVIII.}
suprà diximus, causas naturales investigans, conceptum
eum esse suspicatur atq̄ve genitum in abdomine. ^{Considerat.}
Quasi scilicet hoc minimè sit impossibile, cum primis cum ^{ejus supra}
videamus, ovis quoq̄ve locò sinus & incubatus esse posse, ^{cit. Sect. III.}
quidquid hæc ipsa blandò calore fovere valet, adeò, ut & ^{§. 80. & 95.}
quæ temperatò furnorum Ægyptiorum calore excludantur, ^{Conf. Vind.}
atq̄ve incubatu gallinarum, ut est apud Scaligerum. A quo ^{Sect. III.}
verò dissentiant, Cl. Strausius & pleriq̄ve illorum, ^{Exercitat.}
quos ipse adduxit, quique veram historiam esse credunt, ^{XXIII.}
autumantes potiùs in tubâ uteri conceptum fuisse fœ-
tum illum, grandioremq̄ve perripisse angustum canalemq̄,
ac ad proximam abdominis cavitatem descendisse. Qui
interim pariter extra uteri fundum conceptionis atq̄ve na-
tivitatis locum dari concedunt. Id quod quoq̄ve porrò ^{l. cit.}
comprobant quatuor ista exempla fœtuum ex tubis uteri
exsectorum, ab Joh. Riolano (a) memorata, item mola ^{a) Anthro-}
in vasis spermaticis juxta uteri fundum visa Marquardo (b). ^{pogr. Lib.}
^{Il. c. XXXV.}

L 2

Et ^{b) in Em-}
^{pir. Pract.}

Et quid de istâ *fœminâ Romanâ* dicemus, quam post *utero* excisionem non solum sanata esse, sed & concepisse ex Andr. Cæsalpinô quidam scribunt?

*Specul.
Art. Med.
Hippocrat.
Lib. VIII.
cap. XXIII.*

§. LXXVII.

De his inquam opinionibus omnibus sententiam ferre nunc licet, ubi, quæ ad conceptionum initia atque augmenta uteros conferre ἀποψία docet, consideraverimus. Nempe, dum omnes ac singulæ subponunt, semen, vel utriusque, vel saltim alterutrius sexus esse κνήμα, quod extra uterum consistit, materiam, ex unius hujus ὑποψίως falsitate omnes atque singulæ itidem falsimonii satis & argui & convinci poterunt. Quò tamen nunc misso, certè uti omnibus consentientibus, praternaturaliter ad loca ista venire statuuntur semina, si veniunt, ita non liquet, vel quâ virtute coire ibi atque transmutari, vel unde fœtum ac materiam pro sui augmento & perfectione acci-

pere queant. Putat quidem D. Graafius, *admissis ovibus* id posse fieri, & à nobis quoque explicari, si nempe dicatur, ova jam fœcunda, & extra tubarum cavitatem decidua, à partibus adjacentibus fovendi, & incrementum sumere, donec tandem placentæ beneficio cum illis copulentur, ac ultimam perfectionem nanciscantur. Sed videatur hoc ipsi. Nobis nullam sanè possibilitatem pervidentibus, placebunt potius, quæ jam olim Aristoteles vulgatæ traditioni illi, ὡς κησκομδίων τῶν ἰχθύων ἐπὶ τῆ ἀνακάλειν τὸν θόρον, quasi

III. de generat. animal. cap. V. pisces seminis devoratu impleantur, respondit, vocans eam λόγον εὐήθη καὶ πειθρηλημόνον, stultum & vulgo jactatum sermonem, ipsum etiam Herodotum, quod ei subscribent, μυθολόγον, fabulatorem. ἔσωσρώντες, (inquit) ὅτι τῆτ' ἐστὶν ἀδύνατον. ὁ γὰρ πόρος ὁ ἀπὸ τοῦ σώματος εἰσιῶν, εἰς τὴν κοιλίαν φέρεται, ἀλλ' οὐκ εἰς τὰς ὑστέρας, καὶ πὴ μὲν εἰς τὰς κοιλίας

ησιλίας ἔλθόν, ἀνάγκη τροφήν γίγνεσθαι. κατὰ πείραται γὰρ
 αἱ δ' ὑσέρας φαίνονται πλήρεις ὠόν. ἀ πόθεν εἰσῆλθεν ἰ
 Non vident, id fieri non posse. Meatus enim, qui per os
 intrò tendit, in ventriculum fertur, non in uterum.
 Quodque ventriculum subiit, alimentum effici necessum
 est. Nam concoquitur. Uteri autem pleni ovorum
 cernuntur. Qua jam unde subierunt? Hæc quidpe
 qualia etiam videantur aliis, nos tamen per omnia pro-
 bamus, & partim eadem, partim mutata paulum opi-
 nionibus modò recensitis pariter obponi sive responde-
 ri posse putamus.

§. LXXVIII.

Unde nec credendum, adatas historias omnes es-
 se veras, vel veræ quæ fuerint, id, quod intendunt illi,
 quos diximus, inferre. Nam quæ de piscibus, de corvis,
 ibide, & mustelâ quidam tradiderunt, fabulosa esse, suffi-
 cienter docuit, & simul causas, quæ istos sefellerunt, de-
 texit Aristoteles: quæ profectò difficulter confutabit *locis cit.*
 Bartholinus, quæcunque etiam dixerit. Neque enim *loc. cit.*
 exemplo à Salmutho memorato, se vel minimum defen-
 dere poterit, ut quod non modò itidem in dubium
 trahunt multi, præprimis, ipsòmet Bartholinò (a) refe- *a) Episto-*
 rente, Ludov. Keplerus, sed & si totum quoque conce- *lar. Medici-*
 datur, ad præsens parùm proderit, cum in conceptione *nal. centur.*
 & *III. epist.*
 nativitate fætus illius *Ἰνόν π*, uti Hippocrates (b) vo- *VIII. pag. 36.*
 cat, concurrisse, plura ab ipsò Salmuthò addita (c) fi- *b) Lib. Pro-*
 dem non levem faciant. Illi verò, quos in tubis vidit *gnostin.*
 Riolanus, fuerunt utiqve concepti, & extiterunt quoque *c) loc. cit.*
 in uterò, cum ista sint bujus partes, & proportione cor- *Exercit. de*
 nubus uteri brutorum respondeant, ut optumè demon- *generat a-*
 strat illustris Harveus. *nimalium.*
 Qvò locò proinde si cœpit *etiam LXV.*

etiam *Musipontanum ostentum*, (uti plerorumque opinio-
nem ferre legimus) nec ex eò nostris adsertis quid con-
trarii concludetur. Quamquam non injurià etiam de
ejus veritate dubitent nonnulli, præcipuè incomparabi-

a) *Judic. de*
eò apud
Strausf. p.
19.

b) *apud e-*
und. pag. 19.
& apud
Bartholin.

Epist. Me-
dicar. cent.
III. epist.
LXXXIII.

pag. 356. 357.
c) *ib. epist.*
LXXXIV.
pag. 359. &

Epist. VIII.
pag. 24. &
cent. IV. e-
pist. LVIII.

pag. 369.
d) *apud*
Strausf. p.
19.
e) *loc. cit.*

a) *Libb. de*
Hermet.
Ægypt. Ser.
& Para-

cels. novâ
Medic. II.
cap. XII.
pag. 381.

b) *Dispp. de*
Medic. no-

lis Conringius (a), Gvido Patinus (b), & ipse simul Bar-
tholinus (c). Ita enim expressè Patinus (d): *Non est historia,*
sed mera fabula, nec Æsopi fabula sunt fabula præ isto com-

mento. Porro quantum ad *fœminam Romanam Cæsal-*
pini, ipsa hujus verba, quæ historiam & præcedunt, &
sequuntur, satis testantur, *non uterum fuisse abscisum, sed*

quid aliud. Expressè enim (e): *Quod (ait, nempe concepisse*
& peperisse eam) fieri impossibile esset, si id, quod excidit, esset

uteri fundi pars inversa. Potius putandum est, esse, quas alibi
idem Aëtius & Paulus hæmorrhoidas uteri vocat, pendentes

modò ex cervice, modò ex uteri ore: quemadmodum vi-
demus ex naribus polypos pendentes.

§. LXXIX.

Tandem de *Paracelsi artificiò* quid statui debeat,
vel sola ejus descriptio satis docere potest. Iis enim
profectò verbis profertur, ut quivis statim advertat, *fa-*

bulam esse, non doctrinam. Et mirum, quod *bòc modò*
non se quoque conceptum fuisse nugator addiderit, cum
non modò *miraculum id hætenus incognitum fuisse* alle-

gatis verbis tradat, sed aliàs quoque constet, quantum
sibi ipse tribuat. Certè, ut verissimè de eò modò lau-
datus Conringius scribit (a), *jaçtat ille devictam vete-*

rum eruditionem sibi subjecisse colla: omnes omnium secu-
lorum doctos sibi ceu monarchæ jubet primas concedere:
imò id gloriatur, illos sponte suâ facere: postremò omnes

errorum accusat & imperitiæ, sibi autem soli sapientiam
tribuit. Nec malè Thomas Erastus (b) judicavit, si ve-

rum

rum esset id artificium, mirum esse, quod non & statua
 artem statuariam norint, quia & ipsa per artem figurata
 sunt. Sed sunt revera, ejusdem ex sententia (c), & hoc, &
 innumera alia illius placita scelerate impia mendacia, si-
 ve, ut mitior paullum Petr. Laurenbergius (d) appellavit,
 phantasmata non digna ampliore refutatione. Qualia
 judicia de iisdem tulerunt etiam Lib. Fromondus (e),
 Joann. Marcus Marci (f), Anton. Ponce Santacruz (g),
 & illustris noster Rolincius (h), qui homunculum talem
 Paracelsicum inter non entia numerat, iste vero, rigidior
 censor, appellat seculi nostri barbariem, impudicitiam, ma-
 lignam ignorantiam, stolidam caecitatem, opinionem ita
 abominabilem, ut nec a Damone probetur, ut qui succubus
 semen suscipiat humanum, tanquam in utero, incubus vero
 statim factus in mulieris vulvam immittat, sciens, nullò a-
 liò loco posse fructum adferre.

¶ Paracelsi Part. III. p. 225.
 c) ibid.
 d) Colleg. Anatom. Exerc. VIII. Th. XXXIV.
 e) Philos. Christ. de anima Lib. II. c. VI. art. XIV.
 f) Ideis Idear. operat. Lib. I. cap. VIII.
 g) Philos. Hippocrat. pag. 143.
 h) Chimia Lib. VI. c. VI.

§. LXXX.

Statutum igitur & hoc esto, locum generationis
 esse unicum uterum, sive, ut iterum Aristotelis verbis
 utamur, ὅσα ζῶοντα ἐκ τῆς ὑτέρας ἔχουσιν, καὶ τὰ γὰρ ἂν παρὰ τὴν
 μήτρα ἐκ τῆς γαστρὸς, universim omnia animalia vivipara
 (& sic cum primis quoque hominem) in utero habere ge-
 rereque fetus, non autem ventriculo (vel parti alii) adha-
 rentes. Ibi enim si esset, ἐπέπλετο, ὡς αὐτὸς ἢ τροφή, cogve-
 rentur, sicuti alimentum. Quod & Hippocratem (nam
 hunc auctorem esse libri primi περὶ διαίτης, plerique
 volunt) intendisse, dum dixit: ὃ, πρὸς ἄλλοσε εἰσέλ-
 θη, οὐκ αὐξεται· ὃ, πρὸς τὴν γυναῖκα, αὐξεται, ἢν τύχη
 τῶν παροικούντων: quidquid igitur in aliud corpus ingres-
 sum fuerit, non augetur: quidquid vero in faeminam, au-
 getur, si ea, quae ipsi congrua sunt, eveniant; contendit

IV. histor. animal. c. XI.
 I. de diet. c. LX. s. 6.

Santa-

loc. cit. Santacruz, ideò in Paracelsi contrariam opinionem tam
§. preced. severè animadvertens, quemadmodum modò diximus.
I. de gene- Nimirum veluti *fœminam animal* esse patet, πὲ εἰς αὐ-
ration. ani- τὸ Ἰονῶν, quod in seipso generat, (quibus verbis etiam ab
mal. c. II. Aristotele describi legimus) ita efficit hoc uterò, quò
¶ Lib. II. ipsius corpus constat. Ob quod etiam hunc *matricem*
cap. I. Latinis, Græcis verò μήτραν & δελφὺν aptissimè dictum
§. LXXI. esse, superiùs notavimus; etiamsi non ignoremus, quod
III. histor. eæ voces omnibus non placeant, & etiam Aristoteles
animal. c. I. alicubi inter δελφὺν & μήτραν distingvat. Estque reverà
Exercitat. (ut elegantissimè describit Jul. Cæs. Scaliger) *nobilissi-*
CXXXI. *ma, ac propemodum divina Favisæ, in quâ natura the-*
Scil. IV. *sauri conditi, ubi fuerit opus, depromantur: & quæ jure*
loc. cit. Th. *optimò merita sit, ut alterum animal nominetur.* Unde
XXXV. & passim *Nature ager* dicitur: quasi (interprete Lau-
 rembergiò) *instar soli sit, cui fœcundum semen conceditur,*
quod postmodum adolescit in maturam plantam.

§. LXXXI.

In hóc itaque locò dum consistit κίνησις, quod scœ-
 pissimè hæctenus diximus, idque *generationis materiam*,
 esse constat, quæri ulterius & hoc solet: *Qualismodi*
materia sit? Et quomodo ex eò producatur homo? Quod,
 anteqvàm ad alia digrediamur, itidem lubet ventilare,
 brevissimis tamen, ne præter solitum excrescat no-
 stra disertatio. Ut verò status controversiæ re-
 ctiùs intelligatur, præmonemus ex doctrinis Ari-
 stotelicis, γίνεσθαι, sive fieri quid non unò dici modò,
 sed vel ἀπλῶς, ut e. g. si ex conflagrante lignò vel stupâ
 fit ignis, ubi simpliciter, & sine additò dicimus: ignis fit;
 vel cum additò, ut e. g. si flamma accessu alterius
 major redditur, & non dicimus, ignem fieri, sed,
 ignem

II. Phys. t.
62.

ibid. t. 63.

ignem fieri majorem. Quin similiter nec illa, quæ ἀπλῶς
sive simpliciter fieri dicuntur, omnia eodem dicuntur *ibid. l. 68.*
sensu, sed iterum variè, scilicet (ut aliquos saltim mo-
dos enumeremus) vel (1.) ἀφαιρέσει, ablatione aut detra-
ctione; vel (2.) συνήσει, plurium jam præexistentium
compositione, uti e. g. murus ex compositione lapidum;
vel (3.) ἀλλοιώσει, uti prisci vocaverunt, h. e. alteratione.
Qualia quidem sunt, interprete Aristotele, πάντα τὰ τρεπί- *ibid.*
μυρα τὴν ὕλην. omnia, quæ per transmutationem materia fiunt,
ut e. g. vapor, qui ex aquâ, aut fumus, ignis, ac cineres,
qui ex ligno transmutatò fiunt. Hic enim reverà τὸ ἴσον
μεταβάλλεται, μὴ ὑπομένει. αἰσθητὸν πῦρ ὡς ὑποκαμψίς *I. de generat.*
ἔσται, h. e. totum mutatur, non manente sensibili quopri- *ἔ corrupt.*
am, ut eodem subjectò, adeoque est γένεσις ἐκείνη, ἔ δὲ *c. IV. l. 25.*
φθορὰ, istius generatio, hujus verò corruptio, sive, ut et- *IV. Meteor.*
iam vocatur, γένεσις ἀπλή, καὶ φυσικὴ μεταβολή, generatio *cap. 1.*
simplex, ἔ naturalis transmutatio.

§. LXXXII.

Quæritur ergò hoc propriè: An, quando produ-
citur ex conceptus humoribus corpus humanum, sit γένεσις
ultimi modi, adeoque vera generatio, an saltim συνήσει vel
ἀφαιρέσει? Nam veluti initiò monuimus, quosdam pri- *§. IV.*
scorum omnem prorsus generationem negasse, sic nec ii
concedent in præsentì, vel hominem, vel ejus corpus, vel
aliquam partem atque membrum verè generari, sed sal-
tim ita nobis fieri, produci verò inde mutatâ solâ quanti-
tate atque figurâ. Idemque respondebit etiam Schola
Anaxagoræa, ut quam publicè semper & constantissimè
πισπερμίας atque ὁμοιομέρειαν adseruisse, nimirum cor-
porum eorum, quæ vulgo similaria vocantur, contrarieta-
tes ac differentias omnes singulis inesse, siquæ generatur a-
liquid

liquid ex aliquo subjecto, ex eo saltim excerni vel separari, interim nihil omnino fieri, quod prius non fuerit, sed saltim nobis videri, ex historia Philosophica est notissimum, & memoratum prolixè cumprimis ab Aristotele (a), Galenò (b), & Poëtâ Physicò Lucretiò (c). Nec alia mens fortè est hodiè compluribus. Ut enim nihil de sectâ Cartesianâ dicamus, cujus Philosophiam antiquâ isti in hac parte simillimam esse, & disertè omnem corporum generationem negare, tum ex scriptis, quæ ipse ejus Magister & adseclæ alii ediderunt, clarè constat, tum & dilucidè fatis probat Adrianus ab Heereboord (d): profectò Chemicorum illi, qui se *Hermeticos* atque *Spagiricos* nominant, & præcipuè eorum choragus Phil. Bomb. Paracelsus, idem apertâ profitentur literâ. Ut enim ipsorum doctrinam compendiò comprehensam optumè

a) I. Phys. t. 32. seqq. & alibi passim.
 b) I. de natural. facult. cap. 11.
 c) Lib. I. de rerum natura & 829. & seqq.
 d) Philos. Natural. cap. VI. pag. 124.

loc. cit. cap. X. & Institut. Physic. Lib. I. cap. I. Conf. Gregor. Horst. orat. de causis simil. & dissimil. pag. 4.

Lib. de modo ph.armac. II.

πλομα *ἵερὸν* *⊙* Conringius proponit, quum hi transmationem nullam agnoscant, sed omnem generationem censeant fieri per separationem ex materiâ, id, quod materia vicem secundum illos subit, actu continet omnia generanda, tantum quod non omnia antè fuerint conspicua: generationem itaque nihil aliud esse, quàm rerum actu quidem existentium, latentium tamen tanquam in tenebris & orco, productionem in lucem. Hanc materiam, si multis communior est, *Cagastrum*, si propria, *Iliastrum* barbarè effictis vocabulis appellare solet Paracelsus. Et si quis dubitaverit, testimonii locò vel paucula illa esse poterunt, quæ disserit hic alicubi: *Quoties (ajens) homo in manu bolum cibi habet, toties in eo cælum & terram tenet in eodem bolò: quoniam in ipso latent omnes partes hominis, & in eo creata omnia, sphaera, globorumque perfecta sua habent corpora. Sic in manu comedentis est cælum &*

Et terra. Et alibi: In pane omnes creatura cum suis a-
stris sunt.

Lib. de ca. lib.
co marica.

§. LXXXIII.

Adcedere porrò his, idemque pariter sentire videntur,
qui ἀφ' ἐκάστου τῶν μορίων ἀμείναι τὸ ἀίμα, ex unâquâque
torporis parte secerni semen tradunt. Quod ipsum ite-
rum antiquissimum placitum esse vel inde constat, quod
ab Aristotele (a) allegatum, adsertum verò legatur li-
brò de geniturâ (b), de aëre, aquis ac locis (c), de morbò sa-
cro (d), & quartò de morbis (e), qui omnes vulgo in
Hippocratem auctorem referuntur. Sicut & Democri-
to placuisse, Plinius (f) testatur, dum de eò scribit: Ve-
nerem damnavit, ut in quâ homo alius exsiliret ex homine.
Idem verò, ut & Empedocli, Praxagoræ, Anaxagoræ, &
Sphæro, Zenonis discipulo, tribuit Plutarchus (g); quin
ipsi quoque Hermeti Trismegisto, Just. Lipsius (h). A qui-
bus proinde uti idem hauserunt posteriorum aliqui, sic
ex horum numerò superiori seculò Franc. Georgius Ve-
netus, familiæ Minoritanæ, canticis, quos de harmoniâ to-
tius mundi composuit, non erubuit ex eò (tanquàm
verissimò) generationem Filii Dei explicare. Dicant alii
(inquit, postquàm Hippocratis, Aristotelis, Galeni, Avi-
cennæ, & aliorum veterum discrepantes opiniones re-
censuit) pro exercitiò ingenii, quidquid velint: mihi vide-
tur, quod à quolibet membrò decidat portio seminis, unde
ex ipsò formetur filius cum generantis imagine, que to-
tum representat, & membra omnia. Et sic cor geniti est à
corde generantis, cerebrum à cerebrò, oculus ab oculò, ma-
nus à manu, & sic de unòquòque. Et post pauca pergit:
Sic & Christus, Dei filius, perfecta Patris imago, & sapi-
entia, emanavit ab omnibus, quæ in Patre sunt, omnia se-

a) l. de gene-
rat. animal.
cap. XVI.
b) n. 1.
c) c. XXXVI.
d) cap. V.
e) cap. I.
f) hist. mundo
Lib. XXVIII.
cap. VI.
g) in Cleo-
mene.
h) Physiolog.
Stoica Lib. I.
cap. IV.

Cant. II. Tonb
V. cap. I. fol.
265. edst. Pa-
ris. Anno
1546.

LXXXI 2

M 2

CHURCH

*eum trabens. Ideò dixit: Omnia mihi tradita sunt à Pa-
tre meò; sicut videlicet ab omnibus processit. Ab essentiâ
enim, pietate, clementiâ, justitiâ, bonitate, infinitate, & à to-
tò fonte omnium bonorum emanavit, & emanat.*

§. LXXXIV.

Neque hodiè deesse, qui eidem subscribunt, vel
unius Martini Bogdani exemplum probare poterit, cu-
jus verba istud expressè dicentia supra adscripsimus. Cui
verò non immeritò etiam Æmilius Parisanus, Philo-
sophum ac Medicum Venetum addimus, qui non modò
id itidem adseruit *Libris* quos edidit *de subtilitate Micro-
cosmicâ*, sed & contra novas objectiones atque respon-
siones Mundini Mundinii ac Jo. Gallego de la Serna
vindicare quæsiit *peculiari tractatu*, quem istis subjun-
xit, sub titulò: *Par & sanius iudicium de seminis à totò
proventu, ac de stigmatibus; itemque dictarum exercitatio-
num Parte secundâ ac tertiâ.* Quin contendit hic, non
modò *rationi*, sed & *sapientie divine* consentaneum i-
psum esse, probarique tum *benedictione viventibus o-
mnibus concessâ*, tum & testimoniis in sacro codice le-
gendis aliis. *Si Jacobi oves* (inquit inter alia) *in adspe-
ctu concipiebant: ergò tunc temporis, in adpectu, inquam,
dum concipiebant, non solum semen effusum animatum erat,
sed aderat cutis, pars nimirum maculanda, (intellige par-
tem semineam cutaneam delineatam) semen animatum,
& id recipere aptum, inquinari scilicet.* Dissidentes
verò confutaturus addit: *Quasumus vos subtiliores
adversarios, quomodo arbitratus vestrò, & phantasticis,
dimidiatam post horam ab adpectu, ne dicam tot post di-
es & hebdomadas, in adpectu sit cutis, & maculatur, talia
subsequerentur & calarentur? Hic pedem sistite.*

§. LXXXV.

§. LXXA

*Lib. II. Exerc.
II: c. VII. VIII.
IX. & X.*

*Exerc. Part.
III. pag. 6*

ibid.

§. LXXXV.

Enimverò de his quid judicare deceat, ex iis, quæ
 initiò Melisso, Parmenidi, & Pseudo-Hippocrati illi, qui
 auctor *Libri primi de diatâ* fuit, omnes universim generatio-
 nes negantibus, respondimus, cum satis colligi possit, no-
 vam in eorum confutatione operam insumere non erit
 opus. Sanè enim sensibus tam, quàm rationi repugnant
 omnia, indeque *ἀπομύχεται* sunt, quin etiam, dum rerum
 naturas ac definitiones tollunt, *ἀδύνατα*. Quæ omnia qui-
 dem jam olim Anaxagoræ Scholæ Aristoteles profectò
 eâ perspicuitate, eâque veritate exposuit, ut qui renuerint,
 vel dicis gratiâ (quod antiquò verbò dicitur) studiòque
 partium contradicere, vel sensibus suis non rectè uti jure
 meritò putentur. Qualem sententiam & de iis ferimus, qui
seminis ex totò corpore proventum fuere commenti. Quam
 absurdissimam opinionem scilicet idem Aristoteles
 plenissimè confutavit, ut etiam, qui aliàs ipsius auctorita-
 ti parum tribuunt, hîc tamen cum ipsò totos esse videa-
 mus, indeque eò magis miremur, non puduisse Parisanum
 prolixi laboris istius in ejus instaurationem atque confir-
 mationem insumti. Certè enim omnem & operam &
 oleum perdidit, cum primis cum nunc constiterit, *nihil*
seminis sive masculi sive fæminei ad generationis locum
vel actum adcedere. In conflictu si occasio dabitur,
 discussione objectionum atque exceptionum, quibus fi-
 dit, confirmabimus abunde nostrum hoc judicium, quod
 dedimus, nunc verò, ne prolixiores simus, provocabimus
 ad ea, quæ pro uberiori declaratione ac demonstratione
 doctrinarum Aristotelicarum addiderunt, in controversiâ
 quidem *de semine*, Petrus de Abano (a), Thomas à Veigâ (b),
 Franc. Vallesius (c), Hieron. Cardanus (d), Jul. Cæs. Sca-
 liger

§. V.

l. Phys. t. 35.
& seqq.

l. de generat.
animal. cap.
XVII. &
XVIII.

a) different.
XXXIV.

b) Comment.
in art. cap.
XLVII.

c) controvers.
Phil. & Med.
Lib. II. c. VII.

d) contradi-

coment. Medic.
Lib. II. Tract.
VI. contrad.
XVII.
e) comment.
in X. histor.
animal. diff.
XXVII.
f) II. in art.
44. & III. 86.
g) Physiolog.
Lib. VII. c. II.
b) centroserf.
Anatom. Lib.
VIII. Q. IV.
i) Lib. de ge-
nerat. hom. I.
cap. XII.
k) Lib. I. de
nat. rer. Serf.
874. & seqq.
l) I. est. & In-
stit. natural.
Lib. I. cap. II.
& III.
m) §. LXXXI.

VI. histor. a-
animal. c. VI.

§. XIV. XXX.
& LXII.

tiger (e), Joann. Argenterius (f), Joann. Fernellius (g), Andr.
 Laurentius (b), & ex novissimis magnus Hofmannus (i),
 contra Anaxagoræ verò ἁμοιοπέθειαν, Tit. Lucretius (k), &
 immortale nostrorum temporum decus, Herm. Con-
 ringius (l), apud quem etiam recentiorum Hermetico-
 rum figmentarecensita atqve discussa invenies.

§. LXXXVI.

Non itaqve ex conceptu, aut ejus humoribus ita fit
 homo, ipsiusqve corpus, ut productio hæc sit mera αἰγχεσις
 καὶ ἀγχεσις, sed fit potius per veram istorum alteratio-
 nem atqve transmutationem, ita ut planè nulla ipsius pars
 istis immista latuerit, & ex latente saltim fiat manifesta,
 sed reverà cùm antea non fuerit, tunc, cum producitur, esse
 incipiat. Fit inquam & totus homo, & corporis ipsius sin-
 gula pars atqve particula per generationem substantialem
 illam, quam simplicem vocari in Scholis Peripateticis mo-
 dò (m) diximus. Ita enim in ovibus gallinaceis e.g. uti nec a-
 nimal, nec ejus aliquam partem conspiceret licet, ita primò
 incubitus biduò videmus coqui saltim ac ad futuram gene-
 rationem preparari humores, (ut scilicet apti hi fiant, qui
 πλυμορφότηταν speciem istam, quâ constant corpora, sus-
 cipiant) tertio verò demum die emergere atqve prodire
 πρῶτον τὸ σημεῖον, ut Aristoteles vocavit, h. e. primum si-
 gnum, quod animalis generationem moliri naturam indi-
 cat; cor scilicet, quod ut (ejusdem verbis) στυγὴ αἱμαλίνη
 ἐν τῷ λευκῷ, punctum sanguineum in albò apparet, saliens
 atqve motum ὡς εἰς ἕψυχον. Qualismodi mutationes etiam
 in conceptibus fieri, statuunt probantqve Harveus, Anton.
 Everhardi, & qui alii cum ipsò sentiunt, in ovibus quoque
 suis Graafius, quemadmodum ex ipsorum scriptis constat,
 & jam suprâ notavimus. Dum ovum in uterum delatum
 dictò

dicto modo grandescit, (scribit hic) in interiori ejus tunica, *l. cit. cap. X.*
amnios dicta, nubecula quaedam comparet, quae sensim cras- *pag. 265.*
sior evadens mucosam materiam acquirit, in cujus medio
primo punctum saliens, deinde rude embryonis corpusculum,
ut informis galba, conspicitur, quod indies augescendo ma-
jorem perfectionem nanciscitur. Quod punctum sangvi-
neum jam uti prius non aderat, sic una cum partibus
omnibus, quae postea emergunt, per transmutationem
materie fieri, cur quaso non adseremus? Dicat alius, &
vel milles dicat, omnino adfuisse, latuisse vero, & ob mi-
nimam quantitatem non potuisse videri. Nos semper
regeremus, unde hoc illi constet? Atque, si non constat,
(uti profecto nulli unquam constitit) quae fronte adsera-
tur? Quod enim contra clarissimum sensuum testimo-
nium adseritur, sane non *Φιλοσόφημα* dici meretur, sed *Vide §. V.*
purum figmentum.

§. LXXXVII.

Hic jam occasio foret, inquirendi in modum & or-
dinem, quem observat natura in transmutatione humo-
rum, productioneque ac conformatione partium: de qui-
bus iterum diversissimae sunt Doctorum opiniones. E-
nimvero & arduum aequè, & simul prolixissimum cum
sit argumentum hoc, ut peculiarem commentationem
exigat, consultò ab eò abstinemus, cum primis cum
parum etiam commodi inde nostro instituto possimus
promittere. Videri vero, cui lubet, poterit *disputatio*
in almâ hâc Salanâ de eò ante quadriennium sub præ-
sidio Amplis. Dn. Præsidis habita, in quâ sententiae po- *Anno*
tiores omnes, quae hucusque innotuerunt, recensentur, *MDCLXVIII*
expenduntur, verissimusque ordo, quem in viviferis & *Mens. Aug.*
oviferis observat natura, juxta sensum tam quam ra-
tio

tionem perspicuè exponitur. Hujusenim judiciò omnino adquiescimus, quidquid etiam ex novissimis Anton. Everardi (a), Jo. Claudius de la-Courvee (b), & ipse quoque illustris Harveus (c), contradicant. Nunc verò finituri tandem hanc *de generationis materiâ* disquisitionem, id addimus, ex dictis manifestum atque consuetarium: nimirum, quemadmodum observante optumè Aristotele (d), *artium quædam materiam, è quâ efficiendum est, quod intendunt opus, ipsa efficiunt, & quidem ἀπλῶς sive simpliciter: uti e.g. ædificatorie illæ, quæ calcem, lateres, & id genus alia efficiunt pro exstruendis ædibus, itemque pictoria, liquores coloratos, quibus pingere deinceps queat formans ac miscens: Sic his similem esse animam sive potentiam, ψυχήν, dum & ipsa ex subjectis humoribus, certè αὐόφους & ἀοείφους prorsus, format producitque partes & membra, ex quibus est componendum corpus nostrum organicum. Ex quò quidem prolixitas & magnitudo operis generationis elucet, quam Galenum cum primis attendisse atque obtu-
 §. I. puisse, primâ statim nostræ dissertationis lineâ diximus.*

§. LXXXVIII.

Pergimus tandem ad *principium efficiens, sive id, à quò est generatio nostra.* Cujus investigationem quidem longè difficiliorem vel ideò esse ducimus, quod ad eam tantum adjumenti ex experimentis non constet adcedere, quantum adcedere ad doctrinam de *materiâ* hætenus audivimus, sed pleraque omnia potius ratione videantur esse inquirenda. Ut opinionum dissentientium multitudinem taceamus, quæ hic pariter si non major, certè neutiqvàm minor numeratur. Et certè jure meritissimò de his dixerimus Tulliana illa, quæ superius in dissensu Doctorum *de materiâ* addu-
 §. XLVIII. ximus;

a) l. cit. p. 73.
 & seqq.
 b) l. cit. part. II. cap. IV. & seqq.
 c) Exerc. de generat. animal. LI. LVI.
 d) II. Phys. 1. 24.

ximus; aut etiam ista Heracliti: *nunquam scilicet re-* Vide Diog.
Laert. de vi-
tis Philosoph.
Lib. IX.
periri posse, certèque cognosci proximum efficiens generatio-
nis nostra, quantalibet quis vite conficiat spatia: adeò
profundam esse ejus rationem. Neque alià causâ, quàm
 hâc, motus esse videtur Rodericus à Castrò, ut, post- Lib. I. de na-
turâ mulier.
c. ult. Conf.
Lib. II. c. VII.
 quàm Hippocratis, Platonis, Aristotelis, Galeni, & qui
 post illos secuti sunt, quique sapientiores habiti sunt, de
 opere hòc placita atque doctrinas propria commenta ap-
 pellaverat, eosque omnes ignorantia & philantia incusa-
 verat, tandem desperabundus ipsum Deum cause hujus
 ignorantia nostra insimulaverit: quasi nempe hic multa etiam
 ex naturalibus scire nos noluerit, sed sibi soli reservaverit.
 Quia nimirum (sunt propria ejus verba) ita placuit Deo
 glorioso & sublimi, velamentò stultitiæ, ne arcanum sui di-
 vini operis in propatulatò esset, thesaurum suæ sapientiæ
 abscondere, ut humanam sapientiæ pessundaret. In
 quem sensum quoque aliquot loca sacrae scripturæ alle- Eccles. III. 9. 11
Sapient. IX.
6. 13. & Eccle-
siast. III. 6. 12.
 gat, iisdem hoc disertè dici persuasus. Quà quidem
 opinione (quod obiter notamus) adcedere videtur anti-
 qui Poëtæ Simonidæ, & aliorum quorundam impio er-
 rori illi, cujus mentionem alicubi Aristoteles facit: I. Metaphys.
cap. II.
 statuentium scilicet, omnes scientias theoreticas altio-
 res, & supra hominum captum esse, solum verò Deum
 hoc habere decus, & hominibus invidisse: indeque non
 decere, ut homo ea quærat, quæ sua non sunt, sed potius
 homo cum sit, ipsum etiam ἀνθρώπινα φρονεῖν, h. e. humana
 sapere, altiora verò mittere debere: quin pro infelicibus
 habentium omnes, qui talium scientiarum aliquam affe-
 ctant, eaque inter homines excellere cupiunt, quod Deum
 sibi infensum reddant.

N

§. LXXXIX.

Concurrunt autem hęc plures actus, quorum omnium complexus nomine *generationis* vulgo venit. Primò scilicet *humorum coëctio ac preparatio*, quam modò diximus. Secundò, *productio atque formatio partium*. Tertio *productio anime humane*, cum hęc etiam in uterò degentem fœtum constare, evidentissimum videatur, & à plerisque omnibus confessum. Quarto denique *anime cum corpore unio*, ut quam à productione *λόγῳ* *diversam esse*, (sumtò hęc terminò ad mentem Aristotelis) vel ipse utriusque nominis significatus satis docet, esse verò eadem, si non *tempore saltim nostrò concipiendi modò posterioriorem*, nemo sperabimus, dubitabit, ubi cogitaverit, *nil uniri alicui posse, nisi adfuerit, adeoque præxiterit*. Hi, inquam, actus concurrunt in opere generationis, quorumque ad eò omnium respectu *principium efficiens* debet considerari, siquidem distinctam hujus cognitionem tradere vel adquirere intenderimus. Quibus aliqui adhuc plures addunt, omnes nempe *actiones illas*, (ut Duncani Liddellii verbis eloquamur) *quæ requiruntur, ut infans non solum generetur, sed etiam in lucem naturaliter producatur*. Qualismodi esse ille putat quidem (1.) *coitum sive congressum maris & feminae*; (2.) *conceptionem*; (3.) *generationem propriissimè dictam, sive ipsam fœtus formationem*; (4.) *perfectionem omnium partium fœtus, necessariam ad robur & actiones*; & (5.) *partum, sive infantis ex uterò exclusionem*. Prolixius autem, quin prolixissimè omnium eas enumerat doctissimus Joann. Antonida van der Linden. *Procreationis vocabulò* (inquit hic) *comprehendimus functionem omnem, quam mas aut femina confert ad completum mandati divini: Fructum edite, & multiplicamini. Functiones istæ sunt, sementatio, menstruatio, libidinatio, seminatio, conceptio, pregnatio, partio, putrificatio, postpartio, lactatio*. Quas singulas etiam ordine pertractat, definit, & explicat uberius. Verùm uti non negamus, ad procreationis sive propagationis opus has omnes requiri, ita nobis in præsentì placuit, quatuor saltim istos actus nominare, ut qui cumpriprimis attendendi videntur, siquidem de *principiò efficiente* disserere quis voluerit.

Vide 1. Phys.
e. 60. & pas-
sim.

Art. Medic.
Lib. II. c. LX.

Meletem.
Medic. Hip-
pocr. Lib. II.
§. CXLV.

§. CXLVI. us-
que ad
CLVII.

Visari verò de his, paucissimis nos expediemus, (nèquè enim ulteriorem prolixitatem vel ratio temporis, vel modus disertationum scholasticarum permittit) indeque misis disensionibus ac contradictionibus, quarum hìc nullus ferè finis cernitur, solummodò quid nobis videatur si non verum, saltem verosimilimum, edicemus. Proinde quantum ad primum, istam nempe humorum coctionem, quam formationem partium antecedere diximus, ea indubiè est opus calidi. Omnis enim coctio est à calido (a), & hujus est propriè συγκεῖναι τὰ ὁμοῦ, congregare quæ sunt ejusdem generis (b), uti per experientiam satis constat, atque in doctrinâ de mixtionibus fusè exponitur. Unde & in ovic videmus ante incubitum nihil vel moveri, vel mutari, simulac verò fœtus calorem ea conceperint, incipere coctionem, humoresque attolli, fundi, & omnibus ferè qualitatibus sensilibus insigniter mutari. Cur ergò non calido ut causæ hæc adscribemus? Sanè ipse Galenus alicubi (c) scribit: Quò tangente nos fit affectio, recedente verò, extemplò cessat, hoc causam ejus esse omnes credunt. Quæ quæsumus annon respectu dictarum mutationum calido plenissimè licet aptare? Et certè etiamsi aliqui nominent hìc peculiarem potentiam immutatricem, illi tamen calidi concursum non poterunt negare. Interim de potentiis, quibus hæcenus personarunt Scholæ Galenicæ, non injuriâ fortè dixerit, quis illa Aristotelica: ἀπαντες μὲν ὀνειρώτιστοι, λέγει δὲ ἕδεις. Omnes quidem somniant eas, nemo tamen dicit sive demonstrat.

a) II. de anima t. 50. Lib. de respirat. cap. 11X. & de juven. senect. Vita a morte c. IV.
b) II. de generatione & corrupt. c. II. t. 8.
c) I. de lege artis c. II.

Quæ secundum, hoc tam evidens non videtur. Nam quemadmodum monet ipse Aristoteles (a), id vel aliquid eorum, quæ extra sunt, esse, vel inesse ipsi genitura ac semini debere, atque esse vel animam, vel ejus aliquam partem, vel quid aliud: ita plures olim opinati fuere, fuitque hòc præprimis seculò semper ferè communior opinio, à multis etiam ex ipsò Peripatu adprobata, esse id animam futuri geniti, à generantibus in & cum semine ductam, (quasi nempe hæc optumè conscia, quorum indigeas ad functiones suas, ipsamet sit corporis sui architecta) ejusque

a) II. de generatione animæ. cap. I.

b) Exerc. VI. Patroni præ aliis celebres sunt Jul. Cas. Scaliger (b), Fortun. Licetus (c), Casp. Hofmannus (d), Dan. Sennertus (e), Joh. Sperlingius (f), Jo. Marcus Marci (g), & D. Eccard. Leichnerus, Medicinæ in inclutâ Geranâ Professor hodiè Senior & celeberrimus (b); quamquam nemini horum cum alterò planè conveniat, sed omnes in multis inter se itidem dissentiant. Quâ eâdem corrupti quoque aliqui, dum simul in semine haberi materiam generationis credunt, illa de variis & incertis generationis locis statuunt, quæ suprâ (i) memoravimus. Quin nonnulli non in seminibus tantùm, sed universim omnibus viventis partibus, ipsis item humoribus, excrementis ac exhalationibus haberi, atque in separatis etiam, effusis ac excretis, itemque in corporis putrefacti vel combusti cineribus manere animam, persuasi, miras illas rerum multiplicationes, transplantationes, & ex mortuis resuscitationes adserunt, de quibus pleni sunt libri Hermeticorum. Unum ex innumeris lubet locò exempli nunc adducere experimentum, arcam Noë representandi & conspiciendi cuiusvis in Museo, descriptum à Petr. Borellò (k). Quod omnem admirationem (inquit hic) superare debet, id de hominibus fieri poterit, & in pbialis licitâ necromantiâ patrem, avum, at avum, totamque prosapiam, imò antiquos Romanos, Hebræos, & quemcumque volueris, absque Pythonissâ ad libitum accerses cum propriis figuris, modò eorum cineres vel ossa servaveris, aliaque majora, quæ non adhuc revelanda existimo.

§. XCII.

At verò verosimilia licet hæc adpareant, si tamen rectius considerentur, patebit, impossibile esse, ut in semine vel conceptu habeatur vel insit actu anima. Etenim docente eodem Aristotele (l), μή ἔστι τῆς ψυχῆς μὲν ἐν, ὁ μὴ τῆ σῶματος ἔστι ἐν τινὶ μορίῳ, h. e. nihil, vel nulla pars aut facultas est anima, quæ non sit in aliquo parte corporis. Sicut & vicissim ἔτε μόνον ἔστι, μὴ μὲν τέχον, ἀλλ' ὁμωλύμως, ὡς περ τε θνεῶν & ἀφθαλμῶν, nulla pars est, quæ non sit anima particeps, nisi æquivocè, uti mortui oculus. Est enim anima (m) ἐντελέχεια πρῶτη σώματι & φυσικῆ ὀργανικῆ, perfecti-

b) Exerc. VI. c) Lib. de or- tu anima- rum. d) Lib. II. de generat. hom. cap. III. seqq. e) Lib. III. c. XVI. f) Dissert. de orig. format. g) Epit. nat. scient. Lib. I. c. III. h) Hypo- mnem. Phys. IV. Instit. Me- dic. Lib. I. c. X. Medic. Pract. Lib. IV. Part. II. Sect. IV. c. IV. i) Lib. de cons. ac diss. Chy- mic. cap. IX. j) Inst. Phys. Lib. I. cap. III. k) q. III. Tract. de morb. tot. subst. exam. l) antithes. q. IV. Tract. de ortu form. m) hujus defens. Dissertat. de Traduce. An- tiparasc. pro traduce. An- thropologie Phys. Lib. I. c. I. q. I. n) lof. Sect. restit. Part. II. Sect. VIII. subsect. II. o) riperip. de generat. IX. p) de format. rarior. Medico-Physic. cent. IV. obs. LXII. (l) l. cit. (m) II. de animâ t. 6.

habia (uti vertit Hermol. Barbarus) *prima corporis naturalis organici*. Jam autem nullam partem in seminibus atque conceptibus jam constitutam haberi, sed omnes ac singulas ordine certò produci, & quidem per transmutationem humorum conceptus, paulò ante (a) ostendimus. Et veluti, si inesset conceptui, inesset tra- ducta cum seminibus, (ita enim volunt plurimi) sic semen constat *πείρωμα μελαβαλλέως τῆς τροφῆς εἶναι*, excrementum esse alimenti transmutati. At verò alimentum omnis partis est sanguis (c), quem nec partem animalis esse, nec animam habere, est evidentissimum, & in doctrinà de partibus (d) prolixè ostensum. Uetacea- mus, quod in antecedentibus (e) fusè ex observationibus Harvei & aliorum disputavimus, semen marium nec conceptus partem ali- quam constituere, nec uterum intrare: quod unum quidem pervul- gatam istam de traduce opinionem, quomodocunqve etiam ex- plicetur, plenissimè confutat.

a) §. LXXXV & seqq.

b) II. de gene- rat. animal. cap. III.

c) II. de par- tib. animal. c. III. & passim.

d) ibid. & cap. X. & III. hist. animal. c. XIX.

e) §. XXIII. seqq. XXX. & seqq.

§. XCIII.

Est igitur causa formationis partium potius quid aliud in se- mine contentum, nimirum, δύναμις communicata illi à generante, aut si malis semen dicere, ἢ ἔχει τὴν κίνησιν ἐν ἑαυτῷ, ἢν ἐκείνο ἐκίβη, quatenus motum in seipsò habet, quem movit id. à quò venit, intel- lige generans, ut sunt verba Aristotelis. Quod ipsum quidem, quum omninò extrinsecum sit & conceptui, & genito animali, ve- rissimè dicitur, fieri illam formationem ab agente extrinsecò, inde- que simpliciter verum neutiquàm est, quod à nonnullis traditur, κινεῖν τε μὴ ἀπλόμενον, ἀδύνατον, καὶ μὴ κινεῖν, πάχειν τὸ ὑπὸ τῆς, impossibile esse, ut moveat, quod non tangit, & si quid non movet, aliquid ab eò patiatur. Nam, ut iterum Aristoteles lo- quitur, ἔστι μὲν ὡς ἐνδείχεται, ἔστι δ' ὡς ἔ, & est, ut possit, & est, ut non possit. Fieri enim potest, (inquit porrò) ut hoc ab hóc movea- tur, & hoc ab hóc, sintque porinde, quasi ex admirabilibus illa- sponsina. Partes namque habent vim modò quòdam etiam cum quiescunt: quarum primam ubi extrinsecùs aliquid moverit, sta- tim proxima actu fit. Ut igitur in spontinis illis quòdam modò illud movet, quod nihil nunc tangit, sed ante tetigit: sic id, à quò semen, aut quod semen effecit, movet, cùm aliquid tetigerit, licet non amplius tangat. Et motus, qui inest, quòdam efficit modò, ut edificatio ades.

II. de gene- rat. animal. cap. I.

ibid.

ibid.

ibid.

Clariùs hæc edicit idem, simulqve quid intersit inter generationem alicujus mixti, & efformationem partis viventis, exponit, dum pergit: *Quemadmodum unumquodque fiat, accipiendum est hinc hoc initiò: Omnia quaecunqve aut naturâ, aut arte efficiuntur, ab eò, quod actu est, fiunt ex eò, quod potentiâ tale est. Semen igitur tale est, motumqve habet, & principium tale, ut motu peractò pars existat quæqve, eademqve sit animata. Non est enim facies, nisi animam habeat, neqve caro, sed corrupta equivocè dicetur facies, aut caro, perinde quasi lapidea aut lignea facta sit. Simul autem fiunt partes similes atqve organica. Et quemadmodum non securim, non aliud instrumentum dixerimus factum esse ab igne solò: sic non pedem, non manum, eòdemqve modò nec carnem quidem. Nam ejus quoqve aliquod officium est. Dura igitur, mollia, lenta, rigida, & quicunqve alii affectus partibus insunt animalis, à caliditate frigiditateve effici possunt. At ratio, quâ jam caro aut os est, non potest, sed à motu proficiscente efficitur ab eò, quod genuit, quodqve actu est id, quod potentiâ est id, ex quò gignitur. Quomodo in iis quoqve agitur, quæ arte efficiuntur. Ferrum enim durum aut molle efficitur calore, aut frigore. At verò ensis à motu instrumentorum, qui artis obtinet rationem. Ars enim principium formaqve ejus, quod efficitur, est, sed in aliò. Motus autem natura in ipsò est, ab alterâ profectus naturâ, quæ actu obtinet formam. Hactenus Aristoteles. Quæ eòdem sensu disserit etiam alibi.*

Ide generat. animal. cap. XXI. XXII. item II. de anima t. 10. VII. Metaph. t. 31. & passim. a) Lib. I. de generat. animal. cap. III. b) ibid.

Sed quæritur, quæ, cujusve generis sit hæc δύναμις atqve ἀρχή, cui motus à generante impressus esse dicitur? Ubi, quod pace aliorum dixerimus, videtur nobis ipse respondere Aristoteles, quando ait (a): *Inest in semine omnium, quod facit, ut secunda sint semina, τὸ καλέμενον θερμὸν, calidum vocatum.* Ait hinc expressè, esse id, quod vulgo vocatur calidum. Et in progressu (b) addit, non esse ignem, neqve facultatem ejusmodi aliam, neqve ab igne habere principium, sed esse spiritum, eiqve tribuit φύσιν ἀνάλογον τῶν τῶν ἀσπρῶν στοιχείω, naturam proportionem respondentem elementis stellarum, item ἀρχὴν ζωικὴν, principium vitale: quoniam nempe (quæ

(quæ ejusdem verba sunt) πῦρ ἢ δὲν ἢ ὑγρὰ ζῶον, ignis nullum gene-
rat animal, neque constitui quidquam ignitis, vel in humidis, vel
in siccis cernimus. Quibus certè id, quod modò ex ipsò memo-
ravimus, manifestissimè innuit, esse scilicet δύναμιν à generante
perfectam, & movere motu impressò. Unde aptè vocari potest
δύναμις πλαστικὴ, potentia formatrix: quamquam hanc aliam
& à calidò distinctam naturam esse, plures contendunt, uti vi-
deri potest apud Jac. Schegkium, Nicol. Leonicensem, (qui ambo
peculiarìa de eà ediderunt commentaria) atque illustrem Con-
ringium.

Lib. de cal.
innatò cap.
VII.

§. XCVI.

Adcedimus porrò ad tertium eorum, quæ attendenda esse
diximus, principium, à quo est anima humana. Quò de paucu-
la hæc libet nunc statuere, conformia (ut putamus) genuinis doc-
trinis Aristotelis. (1.) Subponimus, ut verissimum, animarum,
vel anima partium atque potentiarum (nam ita loqui Aristote-
lem, notum est) omnes esse organicas, præter solam mentem vel in-
tellectum. In quò quidem tantus est Doctorum, non Philoso-
phorum modò, sed & Medicorum atque Theologorum consen-
sus, ut cum Plauto (a) dicere possimus, omnes compadlò rem egis-
se, quasi in velabrò olearii. Neque enim dissentit fortè aliquis,
(ex iis intellige, qui dexterius de animarum naturis sentientes, eas
à conditionibus potentiarum sensibilibus eximunt) præter Anton.
Roccum (b), Joach. Burserum (c), Abd. Trevv. (d), Laur. Rago-
zium (e), & paucos quosdam alios, qui omnes animas eòdem
(ut ita loquamur) pede metientes, intellectum etiam nostrum in
operatione suà ab organò corporeò dependere tradunt. Sed ab-
surdè! (2.) Adferimus, eas vel animas vel potentias, quæ organi-
cæ sunt, (quales sunt, ὅσων ἐνέργεια σωματικὴ, quarum operatio
corporea est, nempe vegetativa vulgò dictæ, itemque sensitiva)
cùm sine corpore inesse nequeant, sintque ideò ἀχώριστοι sive inse-
parabiles, etiam ipsas per se non adcedere, sed ἐστυλνεναι, h. e. inge-
rari corpori organico. Quem ortum vocant Scholastici vul-
gò educationem è potentiâ materia, modisque variis definiunt,
uti videri potest apud πολυμαθές αλον Conringium (f), qui ipse
tamen explosis atque confutatis ferè omnibus, alium & ve-

II. de generat.
animal.
cap III.

a) Captiv.
act. II. Sc. IV.
b) Exerc. de
anima hum.
immortalit.
VIII. & seqq.

c) Introd. in
Scient. Nat.
ural. Lib. III.
c. XXIII.

d) Quæst. de
animâ IV. &
disp. de ani-
mâ hum.
Th. XVII
& XVIII.

e) apud Jo.
Stephani Mi-
scell. Phys. &
Iatric. Quæst.
Epist. VIII.
p. 417.

f) Instit.
Phys. Lib. I.
cap. IV. & V.

riorem

riorem ex Aristotelis, Græcorumque Interpretum scriptis adducit. (3.) Statuimus, *intellectum, cum cujus actione non communicat actio corporea, h. e. qui in operatione sua ab instrumento corporeo non dependet, μόνον δὴ καὶ ἐκτὸς ἐπιεικέως, καὶ θεῶν ἐν αὐτῷ μόνον, solum extrinsecus adcedere, sive supervenire, & divinam esse, solum.* Quod vertunt vulgo *creari*, adeoque *produci ex nihilò virtute omnipotentis Dei.* Quæ ipsa scilicet est communior Scholarum Peripateticarum sententia, proposita felicissimeque defensa longò annorum spatio etiam in illustri hac Salanà, à Doctoribus etiam post funera clarissimis, Dan. Stalio (a), Paulò Slevogtiò (b), & Jo. Zeifoldò (c).

a) Orat. de creat. animæ ration.

b) Dissp. de creat. primi hom. Part. poster. Th. VIII. seqq.

c) Dissp. & Tractatibus & aris.

§. XCVII.

Ad quartum denique dicimus, de *potentiis organicis* eque dem indubium esse, *eas uniri corpori ab ipsò principiò generante.* Sicut enim modò audivimus, *eas ἐξ ἑαυτῶν, h. e. ingenerari*, sic dum educuntur, statim etiam uniantur. Quod scilicet innuere ἐμφανικώτατον verbum hoc, clarè constat, ejusdemque sensus esse & alterum, quò itidem utitur Aristoteles, *ἢ ἐκ αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἐπιεικέως* agens, h. e. *ipsas secundum se, (intellige seorsim, & à corpore separatas) non adcedere.* Cùm autem de *solò intellectu, qui ab extrinsecò ingredi adferitur, dubium oriatur, sciendum, quemadmodum ille hanc finem producitur, ut corpori, sive in hoc reliquis potentiis vitalibus (prioribus nempe, ut in Philosophiâ Aristotelicâ vocari solent) junctus, hominis essentiam constituat, ita tam ipsum ad corpus, quàm & hoc ad ipsum habere naturalem (ut vocant Scholæ) propensionem, eòque dum in corpore ad ipsius susceptionem jam satis preparatò atque dispositò producitur, ei statim uniri, atque idem agens, (potentiam formatricem) quò disposuit materiam, corpusque organicum cum potentiis vitalibus & sensitivis produxit, esse etiam causam ipsius introductionis vel unionis.* Quomodo quidem plures, qui hanc sententiam tenent, solent respondere. Aliis autem placet potius *matrì, utero suo* continenti foetum, eique alimentum subpeditanti, *actum unionis* adscribere, uti hoc etiam probabilius judicavit ipse B. Zeifoldus.

§. preced.

l. cit.

II. de animâ t. 34.

Dissp. de format. subst. phys. product. II. X. & alibi.

§. IIC.

§. IIC.

Hæc, inquam, respondemus ad mota quæ sita. Quæ omnia quidem obscura, pluribusque non modò contradictionibus subiecta, sed reverâ quoque multis difficultatibus involuta, & hinc prolixiore explicatione indiga esse, non diffitemur. Verùm cum longiores lineas ducere nec tēporis ratio, nec causæ aliæ permit- tant, paucis his, quibus summa sententiæ nostræ quasi saltim ad- umbrata exhibetur, in præsentî cōtenti, uberiores deductionem atque explanationem vel peritioribus remittimus, vel occasione alii, siquidem Deus voluerit, reservamus. Colligi interim ex dictis, qualia etiam fuerint, sufficienter poterit, quid statuere nos deceat de efficiente generationis nostræ, & cum (ceu superius diximus) tam patrem, quàm matrem esse ejus principia indubium, sit, quò genere, quòve ordine sit & hæc, & iste? Item per quod sint? Et, quibus inter se differant? Scilicet, ut brevissimis dicamus, patet ex dictis (I.) feminam conferre materiam, quæ tam ad genera- tionem, quàm etiam ad nutritionem & augmentationem fœtus, quamdiu uterò continetur, est necessaria. (II.) Eandem in suo uterò collectam hanc, simulque ipsum fœtum servare & fovere. Sed (III.) patrem adferre id, quod est principium efficiens, geni- turam nempe, quæ continet motum, quò producuntur omnes cor- poris organici partes, & totus homo. Quæ quidpe evidentissima cum sint, concinnavit exinde Aristoteles definitiones illas maris atque femine, quando inquit: Generationis principia illa potis- simum quis statuerit, marem atque feminam: τὸ μὲν ἀρρεν, ὡς τῆς κινήσεως καὶ τῆς ἡμείσεως ἔχον τὴν ἀρχὴν. τὸ δὲ θῆλυ, ὡς ὕλης. ma- rem quidem, quod motus & generationis principium habeat, femi- nam verò id, quod materia.

§. VII.

§. L. & L. XII.

§. XCVII. & seqq.

I. de generat. animal. II.

§. IC.

Ex quibus proinde sequitur (I.) e quidem modò aliquò posse matrem vocari principium generationis & fœtus efficiens. Sed (II.) si ad partium formationem, animæque, & ejus potentiarum pro- ductionem ac unionem velimus respicere, (quarum respectu effi- ciens si non unicè, saltim potissimum quæri solet) solum patrem esse principium efficiens. Est enim reverâ id, ὃθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως ἢ πρώτη, id, unde est primum motus principium. Unde

&

II. Physicor. & ab Aristotele, non modò ubi hanc definitionem ponit, inter
s. 29. C. V. alia exempla solum *patrem*, non simul & *matrem* adferri legimus,
Metaph. s. 2. sed & (ceu modò audivimus) idem disertè innui in ipsâ *maris*
I. de generat. definitione. Το γδ θήλυ, (inquit locò aliò) ἢ θήλυ, παθητικόν
animal. cap. το δ' ἀρρεν, ἢ ἀρρεν, ποιητικόν, καὶ ὁθεν ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. *Fæ-*
XXI. *mina enim, quâ fœmina, patiens, mas verò, quâ mas, efficiens est,*
Et id, unde est motus principium. Quod idem vult, quando *ma-*
rem ex potentiâ, & ex adversò *fœminam* ex impotentiâ describit.
Lib. IV. c. 6. εἰ δ' ἀρρεν, (ait) ἢ δύραταί τι θήλυ ᾗ, ἢ ἀδυνατεί. Est verò
ibid. C. Lib. *mas, quatenus potest quid, fœmina verò, quatenus non potest.* Cer-
ic. cap. II. tẽ enim in *his* unicè consistit *discrimen sexus*, non autem, ut
in II. Phys. plurimis vulgò videtur, in *nudâ diversitate genitalium*; quin po-
cap. IV. Conf. tĩas *hæc* advenit, quia *ista naturarum differentia est constituta*, ceu
Stalium In- idem præclarè docuit. (III.) Errare igitur, & enormiter erra-
stit. Metaph. re, qui eandem *de utròque parentum* ferunt sententiam, & vocant
Part. comm. eos *generationis causas partiales vel socias*. Etenim his nomi-
cap. XII. di- nibus à Nicolaò de Orbellis (qui primus iis talis fuisse traditur)
stinct. X. notantur *ex, quæ, dum simul ad eundem effectum concurrunt, sunt*
que equi, unam currum simul trahentes. Sed quæsumus, suntne
tales pater & mater? Suntne, si vel maxumè concederetur, quod
volunt, ab utròque conferrì semen facundum & animatum?
Nobis sanè non videtur.

§. C.

a) §. XI. Cum primis verò (IV.) patet, *maris concursum ad generatio-*
 b) III. de situ *nem simpliciter esse necessarium.* Ut inde profectò mirari subeat,
 orbis cap. IX. aliquos statuisse, & fortè etiam hodiè statuere, *posse sine eò concipi*
 c) Hist. Eccl. c. *et generari homines.* Quemadmodum quidem de pluribus
 CCXXVIII. *fœminis in generibus brutorum* multis ita videri, superiùs (a) me-
 d) Lib. III. de *fœminis quibusdam insula-*
 Plat. *moravimus;* notaque sunt, quæ de *fœminis quibusdam insula-*
 e) VIII. Sym- *nis* ex Hannone referat Pompon. Mela (b); de *Amazonibus, circa*
 pos. Q. I. *littona maris Baltici, aquæ gustu concipientibus,* Adam. Bremen-
 f) Opp. Lib. *sis* (c); de *Platone natò ex Peridione, phantasmate Appollinis im-*
 I. de Philos. *pregnatâ,* Laertius (d), Plutarchus (e), Appulejus (f), & ex his
 wat. *quoque Hieronymus* (g); porrò de *Aegyptiis* idem Plutarchus (h);
 g) Lib. I. ad *& Coel. Rhodiginus* (i), de *Peruvianis* Just. Lipsius (k); de *Sar-*
 Jovian. *matib*
 (b) in Numã.
 (i) *Lection. antiq. Lib. IX. c. XX. (k) Monit. Polit. c. III.*

matris ac Mahometanis Matth. Michovienſis (l), & de his quoque l) Lib. F. de Sarm. c. XLV. m) cap. XIV. n) Vide Jo. Tob. Major. comment. in Act. Apoſt. c. VIII. o) Vid. Chriſt. Schot an. diſp. hiſtor. Philoſ. leg. de Sim. Mago Th. XXI. & Thom. Bartholin. anat. reſorm. Lib. I. c. XXXL. p) ibid.
 Transylvanus ille Anonymus, qui ſeculò ſuperiori ſcripſit *com-*
perta ſibi diuturnò exiliò apud Turcas. Refert enim hic *(m), con-*
ſtantiſſimâ inter eos famâ adſeri, quod plures concepti & nati ſint
ſine virile ſemine, quos ideò appellant Neſes oculi, indeque nec vi-
deri iſtis inſolitum, quando Chriſtiani conſitentur Chriſtum ex
virgine Mariâ conceptum, ſine virili ſemine. Quibus addimus,
 quod & Simon Magus, *monſtrum illud hominis, & rectiſſimè à*
 Cyrillò *ἄνθρωπος τῆς ναίας ἁγίας* dicitur *(n), tradatur (o), iacti-*
tâſſe, ſe ex Rachele matre virgine fuiſſe genitum, ut ſcilicet Deum ſe
potuerit profiteri. Sic & noſtrò hoc ſeculò *Magdalenam de Au-*
vermont, Hieron. Auguſti de Monteſione, Equitis Gallici, uxorem,
 pariter prodidiſſe ſcribit Nobiliſ. Bartholinus *(p), quod ſolâ*
imaginatione Emanuſtem conceperit. Sed fabulæ ſunt: quas *cre-*
dat Judeus Apella; non nos: nec Chriſtianus fortè vel peritior a-
lius, quique novit, quid diſtent erva lupinis.

TANTUM!

DEO CONDITORI ET SERVATORI NOSTRO
LAUS, HONOR ET GLORIA!

TRaxisſe è rigidis faxis primordia vitæ
 Mortales, vatum fabula priſca refert.
 Aſt veros ortus vitæ, GIESLERE, recludis,
 Queis auſis lætus fata ſecunda precor.

honoris erg. ſcrib.

Frid. Bechmann / D.P.P.

ABdita naturæ myſteria pandere, nec non
 occultos ſedulò rerum ſcrutarier ortus,
 hoc opus, hic labor eſt, hæc eſt ſapiëntia prima.
 Hoc, Gieslere, facis, quando deducis ab ovò,
 quod dicunt, hominem, cum mente manique ſagaci
 matris clauſtra petis, foetus primordia prima

ſcru-

scrutaris, doctumque eadem producis in orbem.
Applaudo coeptis: FELICITER OMNIA CEDANT!

Ita precatur

*Et de invidendis in medicinâ progressibus
gratulatur tuus ex animò*

Augustin. Henr. Faschius, D. Archiater
Ducalis Saxonicus.

Quis nescit numeros, quos rebus in orbe creatis
Pythagoras mirâ cum ratione dedit?
Singula ne prosequar, (nam sic prolixior essem)
Huc modò quæ faciunt commemorâsse juvat.
Est *Samio* foemella *Dyas*, *Trias* ipse maritus,
Hinc *Pentas* Veneri Conjugioque favet.
Sicut enim *Dyas* atque *Trias* *Quinarius* audit:
Utque bis externis *Sex* numerare potes:
Sic fit Conjugium, si jungitur *Eva* marito,
Ex quibus immistis *Hexas Amoris* adest.
Hæc ita *Pythagoras*. Sed quùm *GIESLERUS* in *Ortu*
Humano, *SAMII Hexade*, ponit opus.
Non dubito, variâ quin hoc tractaverit arte,
Id quod & hæc præfens charta polita probat.
Quare felicem, Medicis quæ sacra dicatur,
Pythagore voveo *Septada*, *CHARE*, Tibi.

*Nobilissimo Clarissimoq; Dno GIESLERO,
Medicina Candidato dignissimo, Fautori,
Amico atque Commensali suo æstimatissimo,
gratulat. adpos.*

Fridericus Reinboth, Slesv. J. U. Candidat.

F I N I S.

Inter prætervifa plura *LECT. BENEV.* notet præcipuè, petimus, legatque
*S. XLII, lin. 5. nunc adcesit, pro nunc transcendit. Et S. XLVI, lin. 5.
Ern. Barstorff, pro Ern. Brunchorff.*

